

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corvpto et Instavrato

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber vigesimussecundus, De sola fide iustificante

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-885

sed credit in eum qui iustificat impium, imputatur fides sua pro iustitia. Ergo idem Paulus negat, iustitiam fidei esse inherenterem: unde necesse est esse imputatum.

L. Concedo, in Christo non fuisse eiusmodi fidem. Concedo, in Christo esse iustitiam quae nobis imputatur. Concedo, in nobis esse fidem. Concedo denique, in nobis non esse iustitiam quae imputatur. Sed non esse hanc iustitiam fidei, constanter nego. Nimirum fallit aequiuocatione Sophista. Quia Christus fidem non habuit, recte concludas, non fuisse in Christo iustitiam imputatiue: quod nemo neget. Et quia fides est in nobis, recte inferas, non esse in nobis iustitiam inherenter. Sed non esse iustitiam imputatiue in nobis, solus neget Papista: cui solleste est, manifestissima quæque negare. Sed nulli cauilli possunt efficere, ut non optime conueniat iustitiae, & fidei.

LII. Obiectio decima sexta à Salmerone est. Hoc dogma de imputata iustitia pugnat cum alijs Catholiconum dogmati. Nam hi Sanctos negant pro nobis intercedere, ne vllam officij mediatoris partem illis tribuant, qui tamen nunc totam mediatoris iustitiam singulis fidelibus per fidem tribuant, nec verentur in eo peccare: & qui horrent dicere, Sanctos pro nobis orare, non tamen horrent seruos Domini sui gloriam usurpare.

LIII. Sed falsum est, vllam in eo contradictionem esse: qui enim iusti sunt per imputationem, ijdem non possunt apud Deum intercedere pro nobis, Medicatoris iure. Neque verum, qui imputati sunt iusti, eosdem Domini sui gloriam usurpare. Non enim Dominus imputatiue vñquam fuit iustus. Sed Iesuitarum Spiritus *usq[ue] ad lux eternam regnum.*

LIV. Obiectio decima septima eiusdem: Superflue ponitur hæc iustitia imputata, cum satis sit inhærens, & decentius res fiat per vnam formam. Quin etiam in Scripturis perhas duas iustitias dicimur iustificari, sed non uno & simplici modo: sed inhærente, ut forma: imputata vero Christi, longe alio excellentiori sensu: est enim causa meritoria.

LV. Atqui negabat apud Aëlopum Satyrus, cum eo habendum commercium, qui ex eodem ore calidum efflaret & frigidum. Quid ergo ad Theologos Salmero, qui & superflua ponit iustitiam imputatam: & tamen utraque in Scripturis dicit nos iustificari? Nam quid ad me, id quod nuga-

tur de vna, aut diuersis formis. Non enim nostra ea Theologia est, sed Pisticum nugamentum. Scimus iustitiam Christi agere tanquam causam meritoriam: sed negamus, nobis posse quiquam mereri, nisi imputetur. Quomodo enim potest, si nullo modo nostra sit? Non potest autem nisi vel per inhærentiam, vel per imputationem. Per inhærentiam nostram esse quis potuit somniare? Ergo per imputationem oportet.

LVI. Obiectio decima octava eiusdem: Si iustitia imputata ex parte supplet vires inhærentis iustitiae: quid impedit quominus dicamus, illam imputari ad supplendos omnes gradus eius, ita ut inhærente non sit opus? Quod si omnes suppleret defectus inhærentis, clarum est, quod ultra vires inhærentis tenderet eam supplendo: non ergo esset ratio diuersarum mansionum, sed omnes pares essent in gloria, quod est absurdum.

LVII. Quid hoc est, ex parte supplet vires inherentiæ? Aut quis nostrum si loquutus? Nos potius in vniuersum dicimus: sed inhærentem, non eam quæ inhæret, sed quæ inhærente debuit. Non enim adeo desipimus, ut iustitiam nostram putemus ex parte mereri apud Deum, id est, iustificare nos reliquum autem petendum esse à iustitia Christi. Absit hoc monstri ab omnibus sanis. Sed dicimus, eo quod simus peccatores, nullam nobis inhærente iustitiam, per quam placere Deo queamus. Itaque Deum nobis imputare iustitiam Filii sui, per quam, vt pote omnibus modis absolutam, imperficiamque, placeamus. Vere ergo nostra sententia est, hanc supplere omnes gradus, eis quæ nobis inesse debuit. Et tamen absurdum conclusio est, hanc esse superflua: quomodo enim superflua, quæ nulla est? Breuiter, ita se res habet. Iustitia inhærens vel perfecta est, vel inchoata. Perfectam suppleri per imputatam agnoscimus: sed absurde superflua dici contendimus. Inchoatam autem concedimus nobis inesse: sed superflua negamus: quia eius defectum non impleat imputata.

LVIII. Quod de mansionum diuersarum rationibus additur: æquæ inceptum. Diversitas enim non pendet inde, sed à mera Dei voluntate, conferentis diuersos gloriæ gradus, prout vult, etiam ijs in quibus cætera sunt paria: vel etiam eosdem, ijs in quibus imparia: ut docuit operariorum parabola. Et Matthæi 20. *Sedere ad dextram meam & sinistram meam, non est meum dare, sed dabitur ijs, quibus paratum est à Patre meo.*

FINIS LIBRI VIGESIMI PRIMI.

LIBER VIGESIMVS SECUNDVS.

De

SOLA FIDE IVSTIFICANTE.

Caput Primum.

STATVS QUÆSTIONIS, DE SOLA FIDE.



VI per imputationem iustitiae Christi statuunt hominem iustificari, ijdem docent, non tantum fide iustificari, quod Papistæ non ausint negare: sed etiam sola fide iustificari. Vnde rursus nata magna controversia, cui hic locus assignatur.

VII. Tractarunt Catholici, tū qui cumque in præcedenti quæstione occuparunt se: tum vero peculiariter, Bulingerus Decadis 1. sermon. 6. & in institution. quæst. 20. Beza contra duos Apostatas cap. 2. Piscator de iustificatione lib. 1. cap. 8. Parens in 3. ad Romanos: & contra librum primum Bellarmini de Iustificatione; cap. 12. ac sequent. Ioannes Scharpus de Iustificatione quæst. 7. Kuclius in disputationibus Theologicis, Polanus Syntagmatis lib. 6. Pezelius p. 4. obiectio, & responsion. Theologic. capite de vero intellectu propositionis, Fidei iusticamur: & alio, de exclusiva particula, Sola fide: & tertio, de vero atque nativo intellectu exclusuarum. Martyr locorum communium classe 3. c. 4. Riussum summae controversiarum tract. 4. q. 10.

VIII. Tractarunt Papistæ longè plures. Hosius Confessionis cap. 60. Driedo tom 2. tractat. 4. cap. 1. Virgilius Philippicus, 4. 5. 6. 7. 8. Pighius controvers. 2. Ioannes Faber contra Pacimontanum cap. 9. Sonnius demonstrationis lib. 1. tractatu 2. cap. 10. Sanderus de Iustificatione lib. 4. Arboreus Theosophia lib. 1. cap. 19. & libr. 6. cap. 3. Panigarolla lection. 9. Dominicus à Soto de natura & gratia lib. 2. cap. 5. & 12. Alphonsus de Castro de fide, hæresi 2. Latomus contra Tindallum. Feuardentius Theomachia lib. 8. cap. 5. Lizetus de mobilibus Ecclesiæ præceptionibus lib. 4. cap. 2. & sequent. Tapperus art. 8. Launæus & Panneterius declarationis lib. 1. c. 2. Cochlaeus in Confession. Aug. art. 4. 5. & 6. Beccanus de iustificatione Calvinistarum c. 6. Costerus Enchiridij c. 6. Turrianus pro Epistolis, lib. 4. c. 4. 5. 9. Bellarminus de Iustificatione, lib. 1. c. 12. & deinceps. Salmero in Epistoiam ad Galat. disp. 5. & seqq. Andradius Orthodox. explication. lib. 6. Peterius in Genes. c. 15. Vasq. in 1. 2. disp. 210. Cornelius Sculpingius Bibliothecæ Catholicæ tom. 2. contra c. 11. lib. 3. institutionis Christianæ. Greg. de Valentia lib. de diuina gratia, p. 2. c. 1. Bunderius Compendij tit. 4. qui de fide est, & operibus. Klingius locorum communium lib. 2. tribus primis c. Bailius Catechismi p. 4. 10. Bouarius demonstrationum tom. 2. in 2. Symbolo c. 5.

IX. Hominem fide iustificari vtrinque est in confessio; adeo enim disertæ Scriptura docent, ut & nos aperte semper profiteamur: & Papistæ sibi cla-

ment initiam fieri, si quis dicat negare. Eckius, *Omnes Theologi, quantumvis Orthodoxi & Catholicæ, vñro concedunt hominem iustificari fide.* Veruntamen huic verborum sono longè longeque alius sensus inest apud Catholicos, alius apud Papistas: qui varijs suis strophis, distinctionibus, limitationibus, exceptionibus, efficerunt, vt in statu constitudo non sit nullus labor.

X. Primum, suo more, iustificationem nullam aut possunt, aut volunt concipere, præter inhærentem, quæ consistat in hominis innovatione, transiunctis à peccato ad iustitiam actualem; quam nos significamus potius sanctificationis nomine: prout explicatum est præcedens disputatio. Postea, hanc ipsam distinguunt in primam & secundam. Illam, continere initia eius innovationis, scilicet, cum primulum ex peccatore fitiustus: altera vero, reliquos eiusdem innovationis progressus, subsequentes ea initia, nimirum, cum ex iusto fit iustior. Dicentes ergo hominem iustificati fide, de priore iustificatione cauent intelligendum: atque in eo esse hanc vniuersalim controversiam. Costerus in eum modum definitivum.

XI. Eam iustificationem meritis nullis vñquam acquiri: *Causa meritoria iustificationis impj.* Costerus inquit, *nulla prorsus est vel in ipso impio, vel in vñllis aliis seu viuentibus hominibus seu Sanctis in cælo cuius Christo regnantibus quia nulla omnino creatura & opera, nulla penitentia, nulla martyria, nulla pena, nulla virtus potest mereri cuiquam peccatori remissionem peccatorum suorum.* Quidam tamen mereri concedunt; sed eo genere meriti, quod appellant de congruo, quod nobis alias est excusum.

XII. Tantum ergo, hominem præparari ad hanc iustificationem. Solere enim in mutationibus naturalibus antecedere quædam, quæ subiectum parent ad formam, quæ inducenda sit, suscipienda: sic tabulam, priusquam colore inficiatur, poliri, atque aptari, certo loco ad pictoris manum constitui: aquam calefaciendam ex flamine hauriri, cacabo infundi, igni admodum. Pari modo antè hominis iustificationem præcedere nonnulla, quæ tametsi eam neque efficiant, neque mereantur, aptent tamen hominis animum ad iustitiae infusionem. Verba sunt à Costero descripta: à quibus non abit Salmero, *Sicut in naturalibus, inquit, forma non infunduntur subiecto, aut materia, nisi illa disposita, & propinqua agenti: nec enim ignis lignum incendere posset, nisi tollerentur humiditates igni contraria, & propinquum sibi redderet nr: nec medicina nisi in recte disposito operabitur sanitatem.* Ita in iustificationis forma, sed ad quam omnis homo ex se indispositus innenitur, quia peccatore est, & filius ira, opus est ea hominem operari, per qua duritatem suam & indispositionem auferat.

XIII. Has præparaciones duum esse generum Costerus ponit. Alias enim à solo Deo esse, sine nobis: alias vero à Deo simul & nobis. Ille vel exteras esse, vel internas. Externas, scilicet occasions varias, quas Deus immittat nihil minus opinantibus: sic Paulum cœlesti fulmine (fulgorem

puto

per se voluisse nominatum prostratum: alios plurimos miraculis commotis. Antonium ingressum in Ecclesiam subito audisse. Si us perfectus esse, unde omnia quae habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Internas vero, admonitionem & illuminationem mentis, bonaque affectionem voluntatis. Sie Pauli corporis sternendo tactum: Petrum in domo Pontificis solo interno aspectu ad penitentiam commotum. Quae sunt huiusmodi, desighari praeuenientia gratia nomine.

X. Alterum genus preparationum continere opera, quae post illos primos inclinetur anobis cum diuino auxilio perficiuntur. Primo fidem, qua mensilluminetur: secundo spem, qua erigatur: tertio penitentiam, qua emolliatur. Has tamen nondum esse virtutes Christianas, quoad insula gratia, & caritate cœlitus illustrantur.

X. Itaque fidem non solam iustificare, sed cum fide, spem, penitentiam, caritatem. Imo caritatem præcipue. Sic enim Perierius in Génésis decimum quodum, Tantum abest, ut sola fides iustificet hominem; ut ad iustificationem eius, non modo necessaria sit caritas, verum etiam potiores, ac praestantes partes habeat. Turnanum pro epistolis libri quarti capite quarto, Fides, neque quando fide est iustificare potest: neque quando cum caritate est, sua tantum ratione iustificat, sed ratione caritatis, quae eam perficit, & sanat, & faciet ut sit virtus Deo placens.

XI. Denique, fidem dici iustificare, hoc sensu, quia sit humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile sit placere Deo: sit, inquam, efficax dispositio iustitiae, & illam impetrare, & aliquo modo promereatur. Quae verba sunt Tridentinorum sessione sexta, in decreto de iustificatione capite sexto: & Salmeronis disputatione octaua in eam ad Galatas.

XII. Hæc omnia seuerissime sancta canonē nonō eiusdem sessionis Tridentinæ, si quis dixerit, sola fide impiū iustificari, ita ut intelligat nihil aliud requiri, quo ad iustificationis gratiam consequendam cooperetur, & nulla ex parte necesse esse, eum sua voluntatis motu preparari, ac diffoni, anathematis.

XIII. Haecen Papistarum Philosophia. Catholicorum sententiam habes Confessionis Gallicæ articulo vicefimo, Credimus nos sola fide fieri huius iustitiae participes, sicut scriptum est, ipsi passim esse acquirenda nobis salutis, ut quicunque credit in eum non pereat. Hoc autem ideo sit, quod promissiones vti & nobis in ipso oblate, tunc usq; nō stō applicantur, & nobis redundunt efficaēt, quum eas amplectimur, nihil ambigences nobis obuentura, de quibus ore Dei certiores sumus. Itaque iustitia, quam fide obtinemus, pendet à gratuitis promissionibus, quibus nos à dilegi Deus declarat, & testificatur.

XIV. Hinc habemus primuni, quo sensu iustificationem fidei tribuamus: quatenus videlicet ea Christam amplectitur, atque applicat. Vnde Beza, in Confessione maiore articulo tertio capituli quarti, fidem vocat vnicum illud instrumentum, quo Iesum Christum oblatum apprehendimus, & vnumcum ad eam perecipendum comparatum. Post, articulo septimo, Quum ex Paulo affirmamus, nos fidei sola, sive gratis, sive fide, sive sine operibus iustificari (sunt enim haec synonyma) non est hoc dictum perinde accipendum, ac si diceremus, fidem esse quandam virtutem, quae nos in nobis coram Deo iustificet. Id enim esset fidem substituere in locum Iesu Christi, qui unus est nostra perfecta & integra iustitia. Verum ita loquimur cum Apostolo, & fide sola nos iustificari dicimus, eo quod amplectitur cum qui nos iustificat, nempe Iesum Christum, qui eum nos unit & copulat, ut simus & ipsius & omnium eius bonorum participes, quae quidem nobis imputata, prorsus sufficiunt ad hoc, ut coram Deo absoluamur, & pro iustis censeamur.

XV. Nihil hæc habent obscuri, aut ambiguū. Alijs tamen verbis explicantur à Bellarmino. Docent, inquit, fidem non iustificare per modum cause formalis, aut efficientis physice, vel meritoriae, quasi aut ipsa sit iustitia, vel initium iustitiae; aut eius intuitu, sive respectu, Deus nos iustificet: sed folum relatiū, quia respicit, ac recipit oblatam indulgentiam. Itaque sensum huius propositionis, Homo fide iustificatur, hunc esse: Homo iustificatur per gratiam Dei, non imputantis peccata, quam gratiam fides credendo recipit: sicut cum manu pauper elemosynam à diuite recipit; ea manus recipiens elemosynam, non est ipsa elemosyna, neque causa efficiens elemosynam, neque propter ipsam, quasi sua pulchritudine id mercatur, datur elemosyna; sed folum relatiū concurrit ad elemosynam obtinendam, quoniam dare & accipere sunt relatiū.

XVI. Non male: nisi, relative concurrendo, phasis esset apud nos inaudita: debuit potius relative nominari, id est, quatenus fides consideratur vna cum suo obiecto: vt cum dicitur Ecclesia super fide Petri fundata, apud Veteres: nos alias euicimus interpretandum de Christo, quem fides Petri confessā erat.

XVII. Hac definitione posita, alterum sequitur: videlicet, non tantum fidem iustificare; sed etiam solam iustificare: neque admittere in eam societatem ullam aliam virtutem, vlla opera, quae cunque sint, quocunque censeantur nomine, quocunque comprehendantur genere. Id est, non spe, non caritate, non penitentia, non receptione Sacramentorum, non castitate, non iustitia, non pietate, sua quenquam posse iustificari: sed tantum fide.

XVIII. Ut tamen nihil sit residuum non distinctum, monere debui, primo nominari fidem non tenem illam intellectus operationem, quam sibi pro vera fide Catholica Papistæ nugenit finxerunt, quæ nihil nisi axiomata contemplentur, eorumque veritati assentiantur: quasi cum Mathematicus Solis Lunæ et cursum metitur, & ex Gallo & syri & Euclidio & Archimede: ceterum voluntatem non magis aut moueat, aut afficiat, quam Alpium nubes liquefaciat, aut Cimmerias tenebras discutiat. Nam huiusmodi fidem, quæcunque & vbiunque tandem sit, non modo non solam iustificare, sed neque omnino quidem iustitiae vera rationem inducere. Fident ergo illam potius in fide, fidem & caritatem, quæ simul intellectum afficiat contemplatione, cognitioneque veritatis, simul voluntatem formet amore bonitatis: denique fidem, quæ non tantum aut Deum credat, aut Deo credat, sed & in Deum credat, ut olim prolixius disputatum huius tom. 12. lib.

XIX. Itaque nec solam fidem iustificare, ita dici, ut solitariam intelli-

gas, nullis operibus comitatam bonis: quod perfaſiſſum habemus fieri nulla ratione posse: sed solam iustificare, id est, esse quidem in fidelibus non solam: sed tamen ei soli iustitiam imputari. Quomodo cum solam lucem Solis dixerit quis diem facere: aut solo calore gelu discuti: aut solo motu percurri zodiacum: non putet tamen in Sole solam esse lucem, aut solum eam loarem, aut solum motum, sed in Sole ita omnia simul esse, & lucem, & eam loarem, & motum; vt tamen diem non efficiat calor, aut motus: non nubes ræquefacit motus, aut lux: non zodiacum absoluat lux, aut calor. In eodem & Geometriam esse, & Astrologiam, & Musicam, & Opticam: & tamen solam in eodem Geometriam omne genus figurarum metiri: solam Astrologiam & celestes spheras numerare: solam Musicam tonos distinguere: solam Opticam visuales radios explicare.

X. Secundo, iustificationem, eo sensu, quo præcedente disputatione confitum est, significare eam Dei in homines gratiam, per quam non imputentur propria peccata, sed iustitia aliena imputetur, ut à Deo amari mereamur, & eligi, & destinari vita æternæ.

XI. Nam si illam iustitiam dicas, quæ inhæreat cuique, quæ & innotet peccatorem, ut recedat a peccatis, ambulatus in viis Domini; cuius iustitiae acquisitionem scimus etiam iustificationem appellari, ex grammatica vi nominis, instar calefactionis: quamque nos malum, distinctionis gratia, sanctificationem dicere: tum vero nos arcte tenemus, accurateque defendimus; non fidem solam iustificare: sed & ipsam, quatenus est opus; & omnes veras virtutes, omniaque bona virtutum opera. Imo omnes virtutes, omnia opera ad eam iustificationem necessario requiri: ut nemo iustus, nemo sanctus dici queat, qui ab una virtute sit alienus. Denique has virtutes formaliter iustificare, id est, sanctificare. Neque veremur, ne quantumcumque est Papistarum, in eam partem aut plura dicant, aut vehementiora nobis.

C A P . II.

De operibus exclusis à Iustificatione.

I. Iustificari hominem sola fide Catholicæ disputant tribus argumentis: quibus alia tria Bellarminus addit, φλωρεῖ: nos enim non agnoscimus. Itaque cum ijs sae agito pro arbitrio.

II. Primum est. Si iustificatur homo fide sine operibus: Ergo iustificatur sola fide. Antecedens probatur ex Paulo, in eam rem & diserto, & frequenti. Ad Romanos 3. Λογισμῷ, arbitramur, ait vetus Interpretē, Syrus, Cogitamus, sive positus, ut veritatem Bodieramus, ratiocinamus בְּרִית עָמֵד: optime Beza, Colligimus, à cuius imitatione est in Iustiniani paraphrasi. Quæ cum ita sint, recte colligimus, fide iustificari hominem absque operibus legis: Ad Ephesios secundo, Gratia estis seruati per fidem: idque non ex vobis, Dei donum est: non ex operibus. Ad Philippenses quinto, Ut inueniar in illo, non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed eam quæ est ex fide. Ad Galatas secundo, Scientes non iustificari hominem ex operibus legis, sed per fidem Iesu Christi: etiam nos in Christum Iesum credidimus, ut iustificaremur ex fide Christi, & non ex operibus legis: propterea quod non iustificabitur ex operibus legis vlla caro. Ad Tit. 3. Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiae, quæ fecimus nos.

III. Consequens sit inde manifesta: quia non dantur plures modi iustificandi his duobus, per fidem, & per opera: neque aut hodie plures potuerunt proficiri in medium à Papistis: aut olim ab vllis, sive Catholicis, sive hereticis, ex cogitari. Itaque, remoto uno, necesse est non tantum alterum reliqui, sed etiam solum: alioquin enumeratio non foret legitima.

IV. Nec vero Papistæ consequentiam impugnant: sed si quid habent pertinaciæ, si quid Sophistices, id totum effundunt in antecedens; excepturi nobis eos locos tam desertos, tam plenos, tam planos, ut nemo nostrum possit desertus quicquam aut plenus, aut planus. Has ergo nos opus estares attendere: eti libri præcedentes iam excusas capite nono, vbi recensimus hos eisdem locos, cum probarem opera excludi à ratione iustificandi. Sed quia Bellarminus, ac reliqui, nouam nunc, & exactiorem adhibere videntur diligentiam, redordienda tela erit: nec nos, spero, reperi laboris peccerit.

V. In eo explicando antecedente alijs aliter, imo alijs plus minusve laborant. Costerus, Non voluit Apostolus, inquit, iustificari peccatorem, simul atque solo intellectu credit in Christum, eiusque beneficia sola credulitate arripi. Assentimus, inquam: & querimus iniuste fieri quum id proponitur, quasi & nobis assertum. Nam fidem hoc quidem in arguento testimoniū nullam admittandam, nisi veram. Veram fidem, in solo intellectu, in sola credulitate, quicunque constituat, hunc non diffitemur necesse vñquam quid vera fides sit. Nos autem alias disputauimus, & etiū: hanc æque in voluntate est, & in intellectu. Dicimus ergo Paulo hanc suis mentem: iustificari peccatorem, simul atque intellectu credens in Christum, eiusque beneficia credulitate artipicis, in eundem fertur sincero corde, atque intenta voluntate, eti alioquin infirma; qualis est, tum tota vita, tum maxime in conversionis initio; quum necesse est dicere, Credo Domine, adiuua incredulitatem meam.

VI. Bellarminus prolixior, tria distinguit capita explicanda. Quid sit lex factorum, & lex fidei. Quid intersit inter iustitiam legis, & iustitiam in lege. Quid intelligat Paulus, per opera. Quibus explicatis, tum seorsim singulos locos examinat. Sequamus hominem suo otio abutentem, Nam putamus nos quidem potuisse breuius transfigi.

VII. In primo, legem factorum à Caluino & Chemnitio exponi, eam quæ requirat opera: legem vero fidei, eam quæ requirat fidem: Sed refutari ab Augustino, libri de Spiritu & litera c. 3. demonstrante legem Euangelicam, quæ maximè requirit fidem, requiri etiā opera, & omnium mandatorum, ac totius Decalogi obseruationē. Demonstrati itidem posse legem Mosis, quæ maxime requirit opera, requiri etiā fidem. Quare, legem operū eam esse, quæ iubeat quid sit faciendum: legem fidei, esse ipsam fidem, quæ impetrat gratia faciendi, quod lex factorum iubet, teste Augustino. Vramque igitur gem

gem requiri opera: sed illam continere preceptum; hanc vero auxiliū.

VIII. Sed Calvinus & Chemnitius fieri initiam nullus dubito. Certè nullum locum Bellarminus annotauit; à quo constet non assungi eis alienam sententiam. Tum vero utrumque agnoscere, fidem nullam veram esse absque operibus, quis ignorat? Non ipse Bellarminus, qui libri de Iustificatione cap. 2. distribuens capita controverfa, vnum tertio loco ponit, utrum fides possit esse sola. Et hoc nos omnes negare, contra Papistas, indeque disputat capite decimo quinto: quā nos partem alias examinavimus.

IX. Porro, legem factorum, & legem fidei, non aliter distinguiimus, quam ex proprio disputationis Paulina argumento, quæ est de Iustificatione. Itaque legem factorum definimus eam, quæ per opera iustificet ex hac formulâ, *Hoc fac & vivas: Non qui audiunt legem, iusti sunt apud Deum, sed qui legem præstant iustificabuntur.* Legem fidei, eam quæ iustificat per fidem. Etsi alioquin verum sit, & legem operum requirere fidem, quæ ipsa est opus: & legem fidei requirere opera, quæ sint eius fidei effecta. Recte Paracœs in 3. ad Romanos, *Propriæ lex operum pro doctrina, quæ exigit opera ad iustitiam inherentem: lex fidei doctrina, quæ exigit fidem ad iustitiam gratiæ imputatam.* Recte Gualterus, *Legem operum dicit eam doctrinam, quæ nos operibus iustificari tradit: legem fidei vero, eam quæ iustitiam monstrat in merito Christi, qui sola fide apprehenditur.* Optimè Beza, *Evangeliū vocat legem fidei, id est, doctrinam quæ salutem proponit, sub conditione, si credideris, oppositam doctrinam, quæ iustitiam & salutem proponit cum conditione, si omnia feceris.*

X. In quibus nihil est aduersum Augustino exponenti, tum libro secundo de Baptismo parvorum, tum in Psalmum 118 Legem operum, quæ iubet facienda: fidei, quæ imperat quæ iubentur. Nam omnino id est: sed non plene tamen, aut ex circumstantia disputationis, quæ est de iustificationis causa. Plena erit definitio, si dicas legem factorum, quæ iubet facienda, ut ex operibus iustificet. Legem fidei, quæ iustificat gratis, ut sint quæ iusta sunt.

XI. Et hactenus de lege operum, & fidei. Sequitur iustitia legis, & ex lege, sive in lege. Illam esse, opera iusta, quæ lex facienda prescribat: hanc vero, ea opera, quæ homines faciant sine gratia fidei, sola cognitione legis adiuti. Illam à Paulo nusquam reiici, tanquam inutilem: sed hanc.

XII. Imo non habet docere Bellarminus, quando, aut quo loco Paulus iustitiam legis disparabit à iustitia ex lege, sive in lege. Amplius dico, iustitiam legis, nulquam nominari: nisi forte cap. 2. ad Romanos, vbi dixit Latinus interpres, *Iustitias legis: cum Paulus dixerit, nō dixit uagane & rōbus: quod Beza vertit melius, Ita legis.* Significat autem non iustitiam inherentem cuiquam, & formalem: sed abstractam, sive materialē, consideratam in ipsius legis ratione per se. Veruntamen ut sit, nulla est oppositione iustitiae legis, & iustitiae ex lege, quo fundamento nititur Bellarmini subtilitas. Cum tamen nulla prescribat sive ratio, sive autoritas, ut Bellarmini nobis imaginatio sit pro lege. Breuiter dico: iustitiam legis, à iustitia ex lege negamus realiter differre, sed tantum ratione, quatenus illa ut dixi, consideratur abstractè in praescripto legis: hæc vero relata ad hominem, quatenus eius actiones conformes sunt legi, id est, iustitiae legis.

XIII. Et si non reiici iustitiam legis à Paulo concedimus: cum contra dicterè dicat ad Romanos 7. *Lex ipsa sancta, & mandatum sanctum, ac iustum & bonum.* Imo, quod notauit Bellarminus, ad Romanos 2. *Factores legis iustificabuntur: & Si præputium legis iura custodiatur, nonne præputium in Circumcisionem reputabitur?* Sed ex iustitia legis quenquam vñquam fuisse iustificatum, non legitvsquam Bellarminus, aliter quam per iustitiam ex lege. Enim vero illud factores legis iustificari, quæ ratio cogit interpretari de iustitia legis, quæ non sit iustitia ex lege, vel in lege? Hoc velim Bellarminus expedire, si posset. Ego proclivius doceo iustitiam ex lege: si tamen aliquid esset discriminis. Et probo: nam factores legis, quibus ambigat eodem esse, qui iura legis custodiunt? Atqui hos manifestè Paulus describit Gentiles, id est, non fideles, ac proinde, qui faciunt iura legis, ex suis viribus, non autem ex fide. At hanc Bellarminus appellavit iustitiam ex lege. Tanta est hominis in disputando cordia.

XIV. Sed obiectit Augustinum libr. 3. contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 7. Nec diffiteor hunc distinguere iustitiam legis, & iustitiam ex lege. Verum longè aliud est, quid, aut quomodo loquitur sit Augustinus: aliud autem, quæ sit mens Pauli. Et hæc nobis in questionem venit, non illud. Dico igitur eam distinctionem Augustinum non habere ex Paulo: imo omnino, non à Scriptura. Neque posse iustitiam legis vñbo bono sensu dici, nisi abstractè, pro ea iustitia, quæ concretè sit in singulis ex lege, sive in lege, quatenus scilicet, hi sibi proponunt iustitiam legis opere implendam.

XV. Hi autem nulli sunt præter fideles, quorum iustitiam inherenter, id est, ut nos loqui solemus, sanctificationem, Christus ipse sic admensus est. Matth. 5. *Nisi abundauerit iustitia vestra, plus quam scribarum & Pharisaorum, non ingredieris in regnum caelorum.* Quis enim non sentit, per hæc verba, *Iustitia vestra*, discretos esse Discipulos, ad quos illa pertinebant præcedentia, *Vos estis sal terreni: vos estis lumen mundi: splendet lux vestra?* Atqui hanc iustitiam dilipiat à iustitia Pharisaorum non toto genere, sed secundum plus & minus. Cum ergo quæ sic differunt quantitate, sint eiudem generis: & iustitia Pharisaorum fuerit ex lege, hanc item oportet esse ex lege. Ideoq; explicatur per partes, ex vero senti præceptorū, quæ solebant adulterare Pharisaī.

XVI. Deniq; iustitia legis nulla in quoquam, nisi ex operibus, iuxta illud, *Hoc fac, & vivas.* Sed iustitia ex lege, itidem in operibus, ne ipsis quidem differtibus Papistis. Quid obstat ergo, quominus eadem sit iustitia legis, & iustitia ex lege? Et vtraq; quæque exclusa ab ordine cauilarum iustificationis?

XVII. Supereft tertium caput de operibus. Hæc intelligi vatiè, vel sola ceremonialia, vel moralia ante fidem: vel omnia tum ceremonialia, tum moralia; tum ante fidem, tum post eam. Sola intelligi ceremonialia,

non probat Bellarminus: nobis sanè consentientibus. Non probat omnia: sed ea duntaxat quæ ante fidem. Non intelligenda omnia ostendit, primo, autoritate Augustini, de Gratia & libero arbitrio cap. 7. *Homines non intelligentes quod ait ipse Apostolus Paulus, Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis, putauerunt eum dicere, sufficere fidem, etiam si male vivat, & bona opera non habeat.* *Quod absit ut sentire vas electionis.* Addito statim, non excludi opera, quæ sunt ex fide. Secundo, quia probatum sit à se, requiri ad iustificationem actum spei, timoris, pœnitentie, dilectionis, & ipsius fidei, non solum credentis, sed etiam orantis, impetrantis: qui actus, opera quædam merito dici querant. Tertio, quia quarto ad Romanos. *Ei qui operatur, merces imputatur secundum debitum, non secundum gratiam.* Quasi dictum à Paulo, se vocare opera, quibus id quod redditur est merces, non gratia. Talia autem non esse, nisi quæ sunt ex solis viribus liberi arbitrij: nam ijs quæ sunt ex gratia, quod redditur, non esse simpliciter mercedem, sed gratiam.

XVIII. Sed Augustini locus non est ad rem: eos redarguentis, qui putarent excludi bona opera absolute, non tantum ut ne iustificarent, sed etiam ut ne iustificato adessent: *Putauerunt; inquit, sufficere fidem: etiam si male vivat, & bona opera non habeat.* Quæ portentosa opinio procul abit a nostra controversia. Nec sequitur, si necessario adesse debeant bona opera iustificato, ideo ex bonis operibus esse iustificationem. Curno enim potius, ex iustificatione opera? Quomodo etsi oriente Canicula, necessè sit magnos esse calores; tamen non a caloribus ortus Canicula: sed ab ortu Canicula magni calores.

XIX. Eadem vis in secundo arguento. Requiri ad iustificationem actus spei, timoris, reliquos, verilius doctrina eit. Nam quia ad iustificationem fidei requiritur fide: nec fides esse potest, absque actibus spei, timoris. Ergo ad iustificationem requiruntur idem actus. Nostra ea constans doctrina est. Sed nunc controversia est, non utrum requirantur ad iustificationem: estenim hæc phrasis suo ambitu nimil latè patens: & comprehendens cum antecedentia, tum consequentia, adeo, ut ne ille quidem mentiatur, qui dicat ad recuperandam bonam valetudinem, requiri poculum: nimur, quia sine poculo vix hauriatur pharmatum: etsi ad restituendam sanitatem, nihil prorsus poculum operetur. Controversia estigatur, utrum requirantur huiusmodi actus ad efficientiam iustificationis. Hoc vero absit, ut vñquam demonstratum fuisse à Bellarmino concedamus, quicquid tandem iactabundus effusat.

XX. In tertio, Verum est, opera appellari ea quibus merces debatur. Sed sola ea quæ præcedunt fidem, esse eiusmodi, falsum. Nam, quia non entis nulla sunt qualitates: nulla autem sunt eiusmodi opera ante fidem. Ergo falsum, ea sola excludi. Imo sequitur, ea potius excludi, quæ post fidem: quia hæc oportet esse, si quæ oportet esse huiusmodi: ut falsum sit villa excludi, quæ mereantur mercedem, si ista non excludantur Nulla autem esse, aut esse posse eiusmodi opera ante fidem, quibus merces debatur, ipsis probò testibus Papistis: qui quæcumque sunt ante fidem, ea saltem preparatoria dicunt, non vero mentoria, nisi forte ex congruo: quod tamen ipsum tandem exhibatur: & ab ijs ipsis, à quibus admittitur: adeo extenuatur, ut meriti nomine solum retineat, à definitione quam longissimè absit, ut alias vidimus.

XXI. Præterea, Paulus operanti hæc opera, non opponit operantem alia quædam: puta ea que post fidei: sed potius non operantem. Diserte, *Ei qui operatur, merces non imputatur ex gratia, sed ex debito: Ei vero qui non operatur, sed credit in eum qui iustificat impium, imputatur fides sua pro iustitia.* At qui post fidem operatur, is non potest dici non operans. Vnde necessarium excludi etiam illa opera.

XXII. Tertio, quæcumque iustificationem sequuntur, ea non possunt esse à iustificationis: nam omnem causam oportet vel præcedere effectum, puta efficientem & finem; vel simul esse, ut materiam, & formiam. Opera igitur, quæ sunt post iustificationem, non possunt esse in vlo causarum genere. Et vero Paulus hac virtutis argumentatione ad excludendam Circumcisionem: quia nimur Abraham iustificatus fuerit, antequam circumcisus. *Ista beatitudinis prædicatio in circumcisionem solum, an & in præputium cadit?* Dicimus enim imputatam fuisse Abraham fidei pro iustitia. Quomodo ergo imputata est? quum esset in Circumcisione, an cum esset in præputio? Non in Circumcisione, sed in præputio. Iustianus, Ita video, totam Pauli argumentationem recte fuisse conclusam, non esse ex legis operibus, sed ex fide exspectandam iustificationem: nam appareat Abraham non ex Circumcisione iustificatum, qui tanto, antequam circuncideretur, diuino testimonio iustus predicatorum.

XXIII. Denique, excludi à Paulo omnia opera etiam cum fide facta, docemus varijs argumentis. Primum argumentum ab ipsa legis natura. Nam hæc etiam imperat fidem, quod antea Bellarminus agnouit: *legem, inquit, Mosis quæ maximè requirit opera, requirere etiam fidem.* Unde concldo, opera legis bona nulla constare sine fide: quomodo nulla sine castitate, nulla sine caritate. Ratio: quia ex lege, qui peccat in uno, fit omnium reus. Peccat autem in uno, qui non credit in Deum: quia hoc unum est, ex ijs quæ lex imperat. Ergo, qui operatur ex lege, hunc necesse est credere, aut non bene operari. At iam Paulus non in eo laborat, ut excludat mala opera à iustificatione: quis enim id postulasset? Sed bona. Ergo etiam ea quæ cum fide, ac proinde post fidem.

XXIV. Secundum argumentum ab exemplo Abrahami. Is enim fide, non operibus dicitur iustificatus, qui ramen ex fide multa bona opera præstiterat, & præstabat. Ad Hebreos 11. *Per fidem vocatus Abraham auscultauit Deo, ut abiaret in locum quem accepturus erat in hereditatem, & exiuit nesciens quo esset venturus.* Quo testimonio constat, iam tum habuisse fidem veram Abraham, cum primum egressus esset ex Ur Chaldaeorum. Itaq; quicquid post id temporis boni fecit, id fuisse cum fide, imo ex fide.

XXV. Bellarminus operatum fatetur Abraham ex fide, verum negat tamen Paulum reiçere opera facta ex fide: sed affirmare, non esse facta sine fide, quia si talia fuisse, nunquam eam iustificassent: excludere ergo quæ facere potuissent non ex fide. Nam etiam eos, qui fidem habent, ali-

A iando operari non ex fide, vt quum peccant, aut faciunt opera purè mortalia, sine relatione ad Deum.

XXVI. Quid stultius? Excludit ea quæ facere potuisset. Ergo, inquam; ea quæ non fecerat. Hocine ergo grande Sophisticationis Bellarminianæ operæ pretium, vt doceat, Apostolum disputare, Abrahamum nō fuisse iustificatum ijs operibus; quæ opera nunquam fecisset? En tibi acumen, cuius laude merito superbiant Iesuitæ, seq; omnibus omnino Sophistis longè longeque præferant! Sic, sic pergit, ô Loiolitæ, magnam illam eruditio[n]is laudem iustitate. Fiet tandem vt vobis hanc tam gratam laborum vestrorum palmam nemo eripiat. Certe nos, ne quidem inuidemus: spondeo.

XXVII. Sed enim operari possunt fideles, non ex fide. Ita esto, inquam; sed cedo exemplum? Vt quum peccant. Omnino: nullum enim peccatum ex fide est. Sed rursus hoccine dignum Paulino acumine, vt probaret Abrahamum non iustificatum ijs operibus, quæ opera faceret, cum peccaret? O pieratis columna, Iesuitæ!

XXVIII. Imo non tum duntaxat: verum etiam cum operantur si[n]e relatione ad D E V M. Optimè. Sed memento, Bellarmine, non queuis opera excludi à Paulo: sed, te teste, opera ex lege, iustitiam ex lege. Atqui non potest iustitia ex lege, esse non relatiuè ad Deum: quandoquidem lex doceat in omnibus amorem Dei. Tum qui operatur i[n]stitutus ex lege, non potest non relatiuè ad Deum, quandoquidem ipsa lex est autoritas ipsius Dei iubentis, aut vetantis. Ideo, qui operatur ex lege, operatur, quia D E V S vel sic iussit, vel aliter vertuit. Relatiuè ergo ad Deum. Denique negat Paulus, ex Circumcisione constitisse Abrahamo iustificationem: at Circumcisio opus fuit u[er]o sine relatione ad D E V M: erat enim signum foederis diuini: imo φοραγης της δικαιουσης της ιερωσυμ. Itaque opus factum ex fide: & tamen exclusum à iustificationis causis. Et negat Bellarminus exclusa ea duntaxat, quæ non ex fide; quæ non relatiuè ad Deum?

XXIX. Illud denique afferere Paulum, opera quibus iustificatus fuit Abrahamus, non esse facta sine fide, mirer vi[u]i Bellarmino post orbem conditum venire potuisse in mentem. Nam primo questionem longè aliter P[ro]clus constituit, *Si Abraham ex operibus iustificatus fuit.* Hac verba sonant, inquirendum, non quo generis operum fuit iustificatus, sed altius, vtrum ex operibus: quomodo longè aliud est querere; Spongia quod genus sit animalis, &c, vtrum sit animal. Illa quæstio ponit p[ro]pt[er] ce to, esse animal: Ast hæc vocat in dubium. Et deinde demonstrat ex ijs verbis, *Creditit, & imputatum est ei pro iustitia: vnde argumentum, Ei qui operatur, merces non imputatur ex gratia, sed ex debito: ei vero qui non operatur, sed credit, imputatur fides sua pro iustitia.* Quasi diceret: cui fides imputatur pro iustitia, is non iustificatur operibus. Probatur: Quicunque iustificatur ex operibus, is operatur. At, qui credit, non operatur. Ergo, qui credit non iustificatur ex operibus. Vnde patet ab Apostolo hic opponi credentem & operantem, ut ille intelligatur non operans. Non quidem quod nullo modo operetur: sed quia non ea operetur ex quibus iustus esse possit: videlicet, quod oportet etiam non quam peccare. At qui non operatur, in eo distingui non possunt genera operum, ac proinde omnia excludi. Deniq[ue], in vniuersa hac disputatione, nunquam Paulus discrevit opera facta ex fide, ab operibus factis sine fide.

XXX. Sed habet præterea argumentum Sophista. Loquitur Apostolus cum conditione, *Si Abraham iustificatus est ex operibus procedentibus non ex gratia fidei, vt iij putabant, qui suis viribus tribuebant iustitiam, certè habuit gloriam, sed non apud Deum.* Et quoniam satis constat, Abrahamum habuisse gloriam etiam apud Deum, inde colligit, eum non esse iustificatum ex operibus sine fide, sed ex fide, ex qua bona opera procedunt.

XXXI. Imo varia sunt Bellarmi[ni] peccata. Primo, quid illud est, loqui Apostolum cum conditione? Ex aduersariorum hypothesi dixi: scilicet potius, quis disputandi peccatum. Est enim argumentum καταπίπτον, vbi ex opposito consequens, concluditur oppositum aduersariæ sententia. Nam cum conditione is dicitur loqui, qui ex suo sensu denuntiatum, alioquin latius, limitat: exempli gratia, ad Rom. 4. *Sic cum eoplantati, co[n]tinuimus conformatio[n]em mortis eius, nimirum etiam resurrectionis conformatio[n]e coalescens.* Si mortui sumus cum Christo, credimus fore, ut etiam vivamus cum eo. Sic cum conditione loquantur Papistæ, *Si Abram fecerit opera fidei, iustificabitur.* Quanquam, ô nunquam peccaret grauius, quam in proprietatem verborum: seq; neglectam quereretur Grammatica potius, quā Theologia corruptam.

XXXII. Secundum peccatum. Conclusio non cohæret præsenti controversia: cum enim concludendum sit, non esse iustificatum ex operibus sine fide, sed ex operibus fidei: iste inflebit ex fide, ex qua bona opera procedunt: quod non est contra nos, vt sapientia monimus: non enim qui iustificatur ex fide, à qua bona opera procedunt, statim iustificatur ex bonis operibus fidei: quæ proposita quæstio est. Quomodo non sequitur, si terra calefit à Sole, à quo procedit lux dici; ideo calefieri à luce diei, quæ procedit à Sole.

XXXIII. Tertium peccatum; dicere Paulum, *Si Abraham iustificatus est ex operibus procedentibus non ex gratia fidei,* sicut putabant qui suis viribus tribuebant iustitiam. Nam Paulus simpliciter dixit, si iustificatus est ex operibus. Quæ autem sive restrictiones, sive explicationes sequuntur, assumenta sunt Papistica. Modestiores Toletus, & Perierius ille. *Si Adram non aliam habuit iustitiam, quam qua ex operibus est, gloriam quidem habet, sed non apud Deum.* Iste, Argumentatur Paulus, iustificatum fuisse Abrahamum ex fide, tum quia non est iustificatus ex operibus, vt ostensum est, tum præciu[m], quia id, supradictis verbis Scriptura non docuit, assignans iustitiam fidei Abraham. Etsi enim hos scio haud aliter tandem exporre, tamen eo laudem merentur, quod in formando argumento, non discedant à verbis Pauli, neq[ue] pro ijs sua somnia substituant.

XXXIV. Porro, in formando ipso arguendo, non est omnibus eadem mens. Alij sic: *Si Abraham iustificatus est ex operibus, habet gloriam apud homines, non apud Deum.* Ast habet, non tantum apud homines, sed etiam apud Deum. Ergo non est iustificatus ex operibus. Alij contra: *Si iustificatus est ex operibus, haberet gloriacionem apud Deum:*

At non habet: Ergo non est iustificatus ex operibus. Prior forma Papistis arridet omnibus: sed & Patribus olim: mo & ex hoc diuinis Catholicis, Petro Martyri & Piscatori. Ast altera, Caluino, Beza, Aretio, Olejanio, Paro, Gualtero, atq[ue] alijs mult[us] s. Nec vero nostra interest, utram praeferas, dum ne Papistica fraude v[er]sus, delumbes illud, non ex operibus, in longe alium sensum, non ex operibus præcedentibus.

XXXV. Seda Caluini tamen partibus stat vocabulum καύχου, quo signanter v[er]sus Paulus: Vnde nimium quam discessit vetus Interpres, qui gloriam dixit, vt & alias, vir haud raro incuriosus verborum: vt multis obseruat. Cum tamen gloria propriè respondeat in δόξῃ, vt contra, τῷ καύχῳ, gloriatio: quo nomine idem Interpres v[er]sus ad Corinthios 5. non est bona gloriatio vestra: alias circumloquutus per verbum post ad Cor. 5. occasionem datus vobis gloriandi. Nono, *Quod gloriari de vobis.*

XXXVI. Enimvero gloriam Paulus nulquam excludit à iustificatione, sed gloriacionem disertè, c. 3. extremo: περὶ τῆς καύχου, ἐξιλασθέντος: Vbi est ergo gloriatio? Exclusa est. Vnde promptum est intelligere a Paulo non distinguere gloriacionem, vt alia sit apud homines, alia apud Deum: & hanc negari, illam concedi. Sed potius omnino gloriacionem excludi: quia in hoc argumento, nulla esse queat, nisi apud Deum. Nam quid sibi velit, habere quenquam quo gloriatur apud homines, se esse iustificatum ex operibus? Nisi forte constras, iustificatum apud homines, vt sa videtur velle, *Habet, quasi dicit, illa quidem iustificatio non erit apud Deum.* Verum, quid eo opus fuit, cum Paulus perpetuo, non nisi de iustificatione a[pro]pud Deum disputeret?

XXXVII. Toletus non probat καύχου dici gloriacionem: prima, quia non esset vera assertio, talis videlicet, habet vnde gloriatur: non enim habere hominem vnde gloriatur in se; cum nihil habeat, quod non accepterit. Deinde, quia non idem sit καύχου, quod καύχος in extremo capite tertio: hanc enim pro gloriacione frequenter accipi, & iactantia, at illud idem ferre esse, quod laudem, & approbationem.

XXXVIII. Sed Toletum sua fessellit subtilitas. Nam primo, falsum est, nostra quidem tentatio, Paulum concedere, Abrahamo fuisse vnde gloriarecur. Sic enim argumentum est. Si Abraham iustificatus esset ex operibus: Ergo haberet vnde gloriaretur: At non habet. Nimirum, vtrilla particula, apud Deum, temel expressa, intelligatur repentina, etiam in priore membro, nimirum in propositione. Quod si eis potius adh[er]emus, qui per distinctionem putant ab Apostolo responderi: tum vero falsum est, non habere hominem quod gloriatur, si ex operibus sit iustificatus. Nam contra Paulus ostendit, cum excludi gloriacionem negat per legem operum sed per legem fidei.

XXXIX. De καύχου explicatione, viderit quomodo cum suis trahigat. Caietanus *Habet gloriam, sive gloriacionem: id enim propriè verbum Gracum καύχου significat, Iustinianus, Habet apud homines quidem gloriam seu Gracē καύχου, id est, gloriandi occasionem.* Sed & περὶ τούτου repugnat, nē καύχος, non laudari est, sed laudare se ipsum; id est gloriari. Nec possunt ab eo verbo deducere καύχου, & καύχον, re differre, sed ratione duntaxat: sicut ποιησα & ποιος καύχου & καύση, & similia: vt, καύχου ipsam, vt ita dicam, Γαύχος materialis, & occasionem, vt Iustinianus exprimebat at καύχος, ipsam gloriandi actionem. Quæ differentia non est tanta, vt non permittetur significatio: potius περὶ ποιησης & ποιηση vnum idemque sunt.

XL. Redeo ad id vnde sum digressus, & tertio argumento probo, Paulum excludere à iustificatione, etiam opera facta ex fide. Id argumentum est ex Epistola ad Galat. in qua, eis eadem disputatio est, qua ad Roman. tamen disputandi occasio alia, & vehementior ad thesin nostram. Galatae erant Christiani, itaque fidem habebant. Hi fascati à quib[us]dam, recuocabant Circumcisionem, non ut discederet à Christo ad Iudeos: sed ut fidei Circumcisionem copularent. Hoc Paulus clamat indignum Christo. Quia ex fide, non ex operibus legis constat iustificatio. Constat ergo Paulum in eo esse, vt doceat, ne opera quidem legis cum fide quenquam iustificare. Nam si in eo potius, opera legis sine fide diceret: discederet à causa Galatarum, qui fidem nullo modo excludebant: & ita ridendum fese propinasset; quia eti[am] vehemens fesset in disputando, tamen οὐ τοῦ οὐ ποιησης.

XLI. Respondit Bellarminus, geminam tractari questionem, vnam speciem, an ceremonia legales, ad Christianos pertineant, ita ut salvi sine ijs esse non possint. Alteram generali: An per legem, & vires naturae possit contingere iustificatio, sine gratia & fide Iesu Christi. Ad vtramque Apostolum negauit respondere. H[ab]e autem talē secundam questionem: probat ex his verbis: probat ex his verbis: ad Galat. 2. *Sip̄ legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.* Tertio *Si ex lege hereditas, ergo non ex promissione.* Quinto, *Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia excidiisti.* Ad Rom. 4. *Si ex lege hereditas, exinanita est fides, abolita est promissio.* Has enim consequentias firmissimas esse, si excludantur à iustificatione opera facta sine fide, & gratia, ex sola cognitione legis, & vires liberi arbitrij. Sed eadē iustificatio, neque quicquam efficere, si quis per eas velit excludere opera quæ fiant ex gratia, & fide. Non enim propterea gratis mortuum est Christum, si iustificemur ex fide & operibus fidei consequentibus: cum contra nisi Christus esset mortuus, nulla futura essent talia opera. Sic ideo ex promissione hereditas: quia sine promissione non fuisset gratia, non fides sine gratia: non opera iusta, sine fide. Sic deniq[ue], nisi ad Christum, & eius gratiam pertineremus, fidem, & opera iustificantia non haberemus.

XLII. Et vero geminam questionem tractari non imus inficias: ac priorem quidem, vtrum ceremonia sint necessaria Christianis. Sed regerimus, primum, in secunda constituenda, non obliuisci Jesuita suorum artium. Nobis enim quæstio statuitur simplicius. An per legem possit contingere iustificatio. Nam illud, per vires naturae, nullum est apud Paulum: qui sciebat, non posse constare iustificationem ex lege, nisi præfata: præstari autem hanc non posse per vires naturae. Rursus illud, sine gratia, & fide Iesu Christi, absurdè Paulus aut expressisset, aut non expressum subaudisset: quia, vt dixi, nulla eiusmodi apud Galatas controversia erat: qui nullo modo volebant videri discedere à gratia, & fide Christi: sed superaddere ceremonias.

XLIII. Secundo, dicimus eas duas quæstiones tractari, non utramque ex professo, sed sub alterna*t* secundam, propter primam. Itaque propriè vnam esse in tota Epistola, nempe illam, quæ statuat non esse superinducendas legis ceremonias, fidei Christianæ: hanc tum alijs argumentatis futuri, tum isto, a iustificatione per fidem, non per opera. Nec aliter ordinem obseruant Salmero, & Iustinianus.

XLIV. Iis Pauli consequentijs impugnari eos, qui opera statuerent si ne fide, agnoscamus, sed non eos, qui opera ex fide, negamus, & singulas inquirimus. Prima est, *Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.* Quid desideret Bellarminus? Non sequitur, inquit, quia nulla opera essent, nisi Christus esset mortuus. Imo sequitur, inquam, qui Christum esse mortuum significat, dedisse peccas pro nobis, & satisfecisse Deo. At si nos oportet operibus iustificari, cur dicatur Christus peccas dedisse, & satisfecisse? Nam profecto, qui ex lege iustificatur, hunc nullas oportet dare penas: & pro eo nemo satisfacere potest, cum ipse satisfaciat. Nimirum eo fallitur Sophista, quod Christum pro nobis mortuum non putet, nisi ut nobis facultatem acquireret iustificandi nos ipsos. Absurdè.

XLV. Altera consequentia, *Si ex lege hæreditas, ergo non ex promissione.* Imo, inquit, ex promissione, quia ab hac fides, unde opera. Imo non ex promissione, inquam: quia promissio, non ea fuit, dabuntur opera, unde possitis hæreditatem mereri: sed longe alia: nempe, promittitur immerenti hæreditas: itaque non ex operibus, ne ijs quidem, quæ ex fide: nam hæc Papistæ dicunt esse meritoria. Breuiter, promissio non indefinitè intelligenda, sed illa specialiter quæ facta est Abrahamo: in qua operum nulla mentio: sed gratuitæ iustificationis.

XLVI. Tertia consequentia, *Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia excidisti.* Imo non euacuati, obicit Bellarminus: quia nisi ad Christum pertineremus, opera non habemus. Imo Sophista non attendit seriem Pauli. *Ecce ego Paulus dico vobis, si circumcidamini, Christum nihil vobis profuturum. Testor enim rursus omni homini, qui circumciditur, eum esse debitorem totius lezis seruanda.* Factie est inanes Christi, qui cungit per legem iustificamini, & à gratia excidisti. Manifesta est argumenti series. Quicunque iustificantur ex lege, exciderunt à Christo. At quicunque circumciduntur, iustificantur ex lege: Ergo hi excidunt à Christo. Probatur maior: nam minor clara ex hypothesi eorum aduersum quos instituta erat disputatio. Probatur ergo maior. Quicunque est debitor totius legis seruandæ: is excidit à Christo. At quicunque iustificantur ex lege, debitores sunt totius legis seruandæ. Ergo idem exciderunt à Christo. Itaque illud, habere opera quicunque pertinent ad Christum, nihil ad rem, quia ne hi quidem debitores sunt totius legis seruandæ: alioquin nulla eis ipse esset salutis, quandoquidem eti⁹ habeant bona opera: tamen non propterea, nullum peccatum. Est autem verum, debere totam legem seruari ab ijs qui volunt per legem iustificari, non tantum sine fide, sed etiam cum fide: scilicet, quia iustificatio ex lege non potest consistere cum peccato: iustificatio enim opponitur maledictioni, quæ certa, non permanenti in omnibus quæ scripta sunt in lege. Qui autem peccat, hic non permanet in omnibus.

XLVII. Nihil ergo certius, nihil firmius his Pauli ratiocinationibus. Sed contra, nihil non modo infirmius, sed ne inceptius quidem si inflectas ad mentem Bellarminianam. Fac enim quæso dicere, *Si per legem absque fide in Christum, iustitia, ergo Christus frustra mortuus est.* Si ex lege absque fide hæreditas, Ergo non ex promissione. Euacuati estis à Christo, qui in lege sola, sine fide, iustificanti. Ad ista cur non respondunt Galatae: *Quosnam innuis, Paule? quos petis? quos refutas?* Non enim nos sanci, qui nunquam legem virginem solam: nunquam fidem exclamimus: à Christo nolumus quemquam discedere. Sed Christiani iam pridem facti, te prædicante, fidei legem adiicimus, ut utramque constanter retinentibus plena salus confert, tum ex fide, tum ex operibus legis in fide, & cum fide, imo & per fidem factis. Hæc cum Galatae obiecissent, quid Paulo supererat nouæ instantiæ, ut probaret à se peti iugulum cause Pseudoapostolorum, à quibus erant Galatae dementati? Dicant à seipso Papistæ, si habent aliquid bonæ mentis. Nam hos eosdem locos cum obiicimus, ut nos frustre disputare evincant, non aliam potuere rimam inuenire, quam distinctionem operum sine fide, & operum in fide. Scilicet solis Papistis tantæ subtilitatis laudem fata reseruabant, ut ne Galatae occurrant, nouisque Sophistis nihil relinquenter in quo ingenio sua exercerent. Sed nobis persuaderi non potest, Paulum otiose voluisse *euauacare*: multoq; conatu nisi nihil aerem verberare. Propitij sunt Iesuitæ, meliorum mentem Apostolo tribuentibus.

C A P. III.

Quid sit gratia iustificari.

I. Secundum mihi esto, quod Bellarmino tertium argumentum, quam magis pertinens ad probationem antecedentis in præcedenti argomento, quam directè thesim concludeus: eti⁹ in eo parum momenti. Quicunque gratis iustificantur, idem sine operibus iustificantur. Ast, quicunque iustificantur in Christo; gratis iustificantur. Ergo quicunque iustificantur in Christo, sine operibus iustificantur. Ideoq; sola fide, ut in præcedenti capite.

II. Probatur minor. Ad Rom. 3. *Omnis peccauerunt, ac deficiuntur gloria Dei: iustificantur autem de qua gratis, eius gratia, per redemtionem in Iesu Christo. Ad Ephes. 3. Gratia seruati estis per fidem, id est, non ex vobis: Dei donum est: non ex operibus, ne quis glorieretur.*

III. Probatur maior. Ad Rom. 4. *Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: ei autem qui non operatur, creditur autem in eum qui iustificat impium, in utatur fides eius pro iustitia. Et si ex gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia non erit gratia. Ad Eph. 3. Dei donum est: non ex operibus.*

IV. Respondent nunc, ut alias, omnes solenni more, per distinctio-

Tom. III.

nem operum ante fidem, & post fidem, sed Bellarminus amplificat, ut ne videatur nihil noui dicere. *Gratis duobus modis accipi.* Vno, ut opponatur debito ex iustitia, sive meritis de condigno, quæ sunt absolute, & simpliciter merita. Altero, ut operi facto sine villa gratia, ex solis naturæ viribus, sive id dicatur meritum de condigno, sive de congruo, sive etiam solum conditio, aut ratio aliqua, cur detur iustificatio. Illo modo, iustificationem gratuitam non excludere opera, quæ dicuntur concurrere ad iustificationem, ut dispositiones, vel, ut merita de congruo: modo ne tribuatur eis meritum de condigno. Altero, iustificationem gratuitam non excludere merita absolute: sed propria, quæ in nobis, ex nobis, non ex Deo. Hoc probat, quia interim quæ sunt in nobis ex Deo, originem ducant à gratia: ideoque non pugnant cum gratia: nisi ipsa gratia pugnare dicatur cum gratia. Prior modo, non esse idem, iustificari gratis, & ex sola fide. Nam illud, esse iustificari sine merito de condigno: hoc vero, nihil requiri ad iustificationem, nisi fidem. Posterior vero, idem esse, iustificari gratis, & ex fide, & sine operibus. Quia fides fit primum Dei donum, ut, qui iustificantur ex fide, non iustificantur ex operibus præcedentibus, sed ex gratia & gratis: cum ipsa fides sit gratia.

V. Itaque non sequi, si homo iustificantur gratis, iustificari sola fide: immo, sicut iustificatio gratuita non excludit fidem, quia fides est ex gratia: sic neque excludere pœnitentiam, & dilectionem, aut opera pœnitentia, dilectionisq; quæ sunt ab eadem gratia. Atq; ita explicare Augustinum, epistola centesima quinta.

VI. Nos contra Primo, miramur duos modos dici, nec scimus à qua differendi arte. *Quis enim dixit utramque duobus modis animal dic, quia de homine, & pecude?* Atqui longè alia ratio est, & ex. 10. 10. Dicuntur quidem utramque de pluribus, sive diuersis, sed aliter hæc, aliter illa. Catholica, de ijs qui non solum nomen participant, sed etiam definitionem: ut homo, & pecus animalia sunt, diuersa quidem inter se, sed ramen eodem modo animalia: non aliter, inquam, animal homo, aliter animal pecus. Ast homonyma, quæ nomina habent duntaxat commune, minime autem rei definitionem, ut Taurus, tum homo, tum quadrupes, tum mons, tum sidus. Et quia definitiones variant, etiam modi nominum. Taurus quadrupes, per definitionem generis: Taurus homo, & Taurus mons, per nudam impositionem, & ut ita dicam, per solum sonum sidus denique per quandam similitudinem. Ita dici solent varij modi significandi.

VII. Quæ ratio etiam in de qua gratis, obtinuit, sed alio vsu, quem notat Beza, cap. 2. ad Galatas: vbi, *Si per legem est iustitia, igitur Christus de qua gratis mortuus est;* longè aliter exponitur, quam cum Matth. 8. gratis accepisti, gratis date. Quomodo & aliter, Ioannis 11. *Odio habuerunt me gratis:* quam post ad Thessal. 3. *Negavit gratias panem edimus.* Nempe, sic propriè significatur id quod sit gratuito, & ex prompto in alium affectu, absq; illo merito. Sed translatio, id quod sit, vel frustra: vel absq; legitima causa, quæ posteriores rationes aliae sunt à prima.

VIII. Ast in Bellarmini distinctione, nihil simile. Nam meritum congrui, & condigni, sub eodem genere meriti continentur. Itaque, cum id quod sit gratis, fiat absque merito: ergo eadem definitionis ratione opponitur & condigno, & congruo: non igitur vario significandi modo. Debuit igitur Bellarminus an plitudinem coercere, non homonymiam accusare, sive varios dicendi modos. Sed hæsit aqua; itaque facilius fuit sumum excitare. Nos vero Sophistatum fumos nihil morati, constanter defendimus per gratuitam iustificationem utrumque meritum excludi, tam congruum, quam condignum, ut maximè danda esset distinctio congrui, & condigni. Quomodo, cum legitimus, Non adorandum sculptile: eti⁹ a. liud sit aureum, aliud ligneum, aliud lapideum, tamen nunquam admittamus, aut homonymiam esse in præcepto, aut prohibeti tantum lignea, lapideaque, non etiam aurea.

IX. Nam, quod negat intelligenda opera prouenientia à gratia, quia gratia non opponatur gratia, nugas agit. Primo, quia eti⁹ hoc titulo illa non removenterent: tamen alio excluderentur: scilicet, quod non possit ijs operibus quisquam iustificari, quæ ipsa non sunt nisi à iustificato: quia effectum non potest esse causa sive causa. Præterea, mutat Sophista terminos quæstionis: cum enim probandum illi sit, opera non excludi à iustificationis causa: ille probat, non pugnare cum gratia, sive etiam, non pugnare cum iustificatione: atque sic illud non probatur: possum enim non pugnare cum iustificatione, ut tamen non sint causa iustificationis.

X. Secundo, dico ut alias, meritum congruum sive, ut illi loquuntur potius, de congruo, esse merita in rerum natura chimaram, quam controueriam suò loco explicauit.

XI. Reclie ergo conclusum est: Si homo iustificantur gratis, igitur sola fide. Neque instantia valer in oppositum. Non enim propterea non excludit fides, quia sit à Spiritu Sancto: alioquin fateremur, ne reliqua quidem opera debet excludi: sed video, quod eam Deus admittere dignetur, deficiens ceteris omnibus operibus; atque eam imputare pro iustitia, non quidem respectu sui: hoc est, quia sit bonum opus: sed proper Christum, quem illa sola apprehendit. Quare, eti⁹ omnia bona opera sint à gratia: tamen sola fides iustificat.

XII. Quod Augustinum sibi testem laudat, facit suo more. Nam ille, profecto eo loci, nec pœnitentiam, nec dilectionem, nec villa opera admittit. Sed fidem, duntaxat. Imo, constanter omne meritum excludit, præter meritum fidei. Attende. *Percipienda huic gratia merita nulla præcedunt:* quoniam meritis impii, non gratia, sed poena debetur: nec ista esset gratia, si non daretur gratuita, sed debita redderetur. Et paulo ante. *Quia igitur sua merita iactaturus est liberatus, cui si digna suis meritis redderentur, non esset nisi damnatus.* Nullane igitur sunt merita iustorum? Sunt plane, quia iusti sunt: sed ut iusti fuerint, merita non fuerint. Iusti enim facti sunt, cum iustificati sunt: sed sicut dicit Apostolus, iustificantur gratis per gratiam ipsius. Hæc Augustinus: & alia in eam rem valde diserta: quibus potentissime conficiuntur, quæcumq; de præparationibus vngantur Sophistæ.

XIII. Sed de fide tamen. Sed nec ipsa emissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat. Neque enim nullum est meritum fidei, quia fide illa dicebat: *Deus propitus es mihi peccatori: & descendit iustificatus, merito fidelis humiliatus, quoniam qui se humiliat, exaltabitur.* Restat igitur

Q. 2 tur ut

tur ut ipsam fidem, unde omnis iustitia sumit initium, proprius quod dicitur ad Ecclesiam in Cantico Cantorum, etenies, et pertransies ab initio fidei: restat, inquam, ut ipsam fidem, non humano, quo iste extollatur, tribuamus arbitrio, nec ullis praecedentibus meritis: quoniam inde incipiunt bona quacunq; sunt merita, sed gratuitum donum Dei esse satiamur. si gratiam veram: id est sine meritis cogitemus.

XIV. Hic vero, quid habet Bellarminus, quo confidat? Non enim negat Augustinus, sola fide hominem iustificari. Imo contra asserit, quandoquidem, quicquid est operum, excludit; negans disertè, constanterque, illo merito bono iustificari, sola fide excepta. Nam, si excipit, at non solam: primo, cur non aliquid aliud expressit? Secundo, cur disertè pronuntiavit, operibus nihil deberi, nisi pœnam? Tertio, quid promouisset aduersus Pelagianos?

XV. Sed enim, meritum agnoscit fidei. Ita est, sed aliquid meritum disertè, nec ipsa remissio sine aliquo merito est. Non, sine merito est, sed, sine aliquo merito: Nempe, quia tēp̄c, ut alias diximus, abutitur meriti nomine: itaque significat, posse fidem dici meritum: sed abusiuè: & explicat, quia fides impetreret. Atqui precari, non est mereti: neque id vñquam quisquam hominum in suis rebus agnoscat: non concedent, inquam, se eleemosynam largiti prorsus gratuito, quam concedunt precibus mendi- ci. Non reges, sed ex debito condonare peccatum reo, quia plurimum flagi- tanti.

XVI. *Nimirum illud vrget, quod negans Augustinus, ideo iustitiam non esse gratiam, quod fide impetratur: quia ipsa fides gratis detur. Inde enim sperat, se similiter posse de operibus: et si per opera iustificemur, tamen iustificationem fore gratuitam: quia ipsa sicut gratia. Sed non aduertit apud ipsum Augustinum, longè esse aliam rationem fidei, & operū. Vnde præcedentibus verbis hæc statim subjiciuntur: *Opera quippe, bona sunt ab homine: fides autem sit in homine, sine qua illa à nullo sunt homine: omnino enim quod non est ex fide, peccatum est.* Quæ verba mirè explicant, quomodo iustificatio, quam impetrat fides, sit tamē gratuita: & non sit tamē gratuita, si tribuatur reliquis operibus: quamvis, tum hæc, tum illa, sint à gratia. Nimirum, quia fides à gratia sit in nobis: opera autem per gratiam sicut à nobis. Nimirum, quia per se notum, quicquid proprie rationem habet meriti, ut opponatur gratiæ, id fieri à nobis. Ac proinde, quod fit in nobis, nec fit à nobis, non posse rationem habere meriti. Res ergo perspicua est. Iustificatio per fidem, quæ est à gratia, non desinit esse gratuita: quia fides sit in nobis. Tantundem dicat Bellarminus, si auder, de bonis operibus: ac tum sibi testem speret Augustinum.*

C A P. IV.

Iustificari ex fide.

I. **M**ichi terium arguthentum est, quod ex nostris Bellarmino secundum dum, ab ijs locis, ybi nihil nominatur præter fidem: quum à Deo conferuntur homines, tum alia beneficia: tum hoc præcipue, de quo disputamus: Matthæi nono: *Tunc tetigit oculos eorum, dicens, Secundum fidem vestram fiat vobis.* Et aperti sunt oculi eorum. Et 15. *O mulier magna est fides tua.* Fiat tibi ut vis. Marci 10. *Abi, fides tua te seruauit.* Et 11. *Habete fidem Dei:* amen, amen, dico vobis, quicunq[ue] dixerit monti huic, tolliter, & proiector in mare: nec hasitauerit in corde suo, sed crediderit futura, qua dicit, erit quicquid dixerit. Act. : Et per fidem confirmavit nomen ipsius. Lyc. 7. *Fides tuae salutem fecit.* Matth. 9. *Quumq[ue] viuisset Iesus fidem eorum, dixit paralytico, confide fili, remissa sunt tibi peccata tua.*

II. Ad Rom. i. Non me puderis Euangelij Christi, potentia siquidem est Dei ad salutem cuius credenti, Iudeo imprimis, tum etiam Graeco: Injustitia enim Dei per illud retegitur ex fide in fidem: Sicut scriptum est, iustus autem ex fide vivet. Tertio: Injustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui cedunt, non est distinctio. Omnes enim peccauerunt, ac deficiuntur gloria DEI. Injustificantur autem gratis, id est, eius gratia, per redemptionem factam in Christo Iesu, quem proposuit Deus, ut esset placamentum per fidem in sanguine ipsius. Post paulo, Ut sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu. Colligimus ergo, fide iustificari hominem. Quinto, iustificati igitur ex fide pacem habemus erga Deum. Nono, Quidigitur dicemus: Gentes qua non sectabantur iustitiam, apprehendisse iustitiam: iustitiam autem, qua est ex fide. Ad Galat. 2. Scientes non iustificari hominem ex operibus legis, sed per fidem Iesu Christi, etiam nos, inquam, in Iesum Christum credimus, ut iustificaremur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Tertio, Prouidens Scriptura, Deum ex fide iustificaturum Gentes, ante euangelizavit Abraham, Benedicentur in te omnes gentes. Itaque, qui ex fide sunt, benedicuntur cum fideli illo Abraham, Lex pedagogus nostra fuit in Christum, ut ex fide iustificaremur: at post, iam venit fides, non amolius sub pedagogos sumus. Omnes enim filii Dei estis per fidem in Christo Iesu. Quinto, In Christo Iesu, neque Circumcisio quicquam valet, neque prepucium, sed fides per caritatem efficax.

III. Ioan. i. Quoquot eum acceperunt, dedit eis hanc dignitatem ut filii Dei fierent: nempe, iis qui credunt in nomen eius. Tertio, Qui credit in Filium habet vitam eternam. Et 10. Hac autem scripta sunt, ut credatis Iesum esse Christum Filium Dei, & credentes, vitam habeatis, per nomen eius. Acto. 13. Notum igitur sit vobis, fratres, annuntiari vobis remissionem peccatorum per item: & ab omnibus, à quibus per legem Mosis absoluvi non potuistis, per hunc quem quis crebat, absolvi.

IV. Hanc testimoniorum nubem variè elidunt aduersarij. Et primum
immouent quædam. Vasques. Obseruandum est, aliqua non esse intel-
genda de salute spirituali iustificationis, sed de salute corporali : quale est
Iud Matth. 9. Luc. 8. *Fides tua te saluam fecit.* Et illud Luca 8. *Crede-*
antum, & salua erit. Sed in isto Bellarminus notat, loqui Dominum de
miraculo faciendo in excitatione defunctæ, se autem fateri fidem solam in-
erdum satis esse ad miracula impertranda, hoc enim modo virtutes multas
cisse improbos quosdam.

V. Sed hæc importuna vitilitigatio est: quam Bellarmius ipse refu-

tat hoc ipso libro primo de iustificatione, cap. 17. cum agit de efficacia fidei. Tertium argumentum, inquit, quod etiam potissimum est, sumitur ab iis locis, qui docent per fidem impetrari remissionem peccatorum. Et post, Confirmat autem hanc efficaciam fidei, quod legitur Matthaei decimo quinto, dictum Chananae. O mulier, magna es fides tua. Et Marci septimo, propter hunc sermonem vade, exiit a demonio à filia tua. Hic enim aperie tribuitur fidei efficacia impetranda sanitatis. Neq; responderi debet, aliud esse locum de iustificatione aliud de eius ratione morbi corporalis. Nam Dominus iisdem plane verbis tribuit fidei utramque sanitatem. Peccatrixi enim dixit, fides tua te saluam fecit, Lyc. 7. & mulieri curata fluxus sanguinis, similiter dixit, Fides tua te saluam fecit, Matthaei nono: & eaco illuminato etiam dixit, Fides tua te saluam fecit, Marci decimo.

VI. Ervero solenne erat Christo, à se sanitatem expectantes, erigere alius in spem verae salutis. Inde Matthæi 9. paralytico sanando, *Confide fili, remissa sunt tibi peccata tua: que et si verba sunt alia, tamen virtute sunt eadem*, quia significant, saluum factum fuisse; non enim alter remissio constat peccatorum. Ideoque, Lucæ 7. illud, *Fides tua saluam te fecit*, dictum mulieri peccatrice, id est, Magdalena, si plena fides Papisticæ traditioni, Vasques interpretatur de salute spirituali. Et Maldonatus in nonum Matthæi: cum negavit, omnes, quib. sanitas corporalis miraculo redditu fuit, etiam animo fuisse curatos: exemplo Malchi, tamen, Cæteros, inquit, qui fide curati sunt, non sola, sed eadem tamen fide, qua corpore sanati sunt, animo creditum esse janatos. Ac sanè, cum omnium incommodorum causa propria sit peccatum, noluit nos Christus à Deo vllum horum leuamentum iperare, nisi per remissionem peccatorum. Vnde Iacobus, cap. 5. *Oratio fidei seruabit laborantem, erigetque eum Dominus: quod si prescrata commiserit, remittentur ei.*

VII. Bellarmini ergo fides miraculorum, nullo praetextu huic inducitur. Fides sola, inquit, sufficit ad impetranda miracula. At qui aliud est miraculum, aliud salus. Et hic de salute agitur, salute, in quam, animi. Itaque frustanea elusio est.

VIII. Maldonatus illud exemplum paralyticine negat esse ad rem. Ni:rum, quia si dem, per quam iustitia est, oportet esse suam cuique propriam: hanc tamen esse eorum, qui paralyticum per rectum demitebant. Et coimotor, Quis igitur amnesia est, ad probandum, nos sola fide insufficari, ea producere testimonia, in quibus non de propria, sed de aliena fide agitur. Et tamen sola hodie multorum iudicio, maxime vero suo, isti asinii sapient.

X. *Babas et auctoritate dicitur! t' auctoritas: ius regumque patrum!* Verum hoc genus est Iesuitarum: cui, præter Loiolam, quicquid hominum est, ansii sunt. Ad rem. Agi de aliena fide, fallum. Dixit Matthæus; vidisse Iesum illorum fidem. Quorū? Eorum duntaxat qui definitebant? Cur non etiam eius qui demittebatur? An non poruit in illis numerari? Imo audi statim, *Confide fili.* Et ne nobiscum solis sibi rem esse maledictissimus putet Maldonatus, suos audiat; Ianuenium Concordiae cap. 32. *Quidam intelligente, relatum, illorum, tuncum referri ad portantes.* Verum rectius cum Chrysostomo, intelligitur simul referri, & ad portantes, & ad eum qui portabatur: que saltem ita referri ad portantes, ut non excludatur fides agri. Neq; enim, inquit Chrysostomus, se portari, & per rectum dimitti suis iniurias, nisi saltem sperrasse. Adde quod maximè mouere debet, quod nequaquam dixisset Christus, *Dimitiuntur tibi peccata tua nisi & ipsa fidem habuisses.* Salmeronē & que ipsum Iesutam, tom. 6. tractat. 14. Non tantum baziolorum, ut Hieronymus exponit: sed etiam ipsius paralytici, & baziolorum, ut recte enarrat Chrysostomus. Nec enim illi dictum fruisset, Confide fili: remittuntur tibi peccata tua, ut ille ait, nisi credidisset: Adhuc, et si corporalis sanitas conferri alicui posset à Deo, & collata sit quandoque à Christo aliena fidei iniuria, tamen spiritualis sanitas, qua in peccatorum remissione confisi sit, sine propria fide in adulstis, accipit non potest. Barradas, Satius est intelligere, Christum, vidisse fidem illorum: si igitur, tam portitorum, quam paralytici. Nec aliter olim Lyranus, non Carthusianus, non Euthymius.

X. Et, qui negarunt; quid, quæso habuerunt causa? Zachariam Chrysopolitanum scio paralysin prætexere, *Cum sensu*, inquit, *careret*. Ec inde credo Glossæ interlineari vacordiam agiti nominari. Quæsi vero ita soleant paralytici: & non potius in infirmo corpore mentem gerere compotem sui. Atq; adeo Christus ad eum loquitur, non ut mente captum: cum tamen baiulos ne verbo quidem compellarit. Imo, inquit, Maldonatus, ita omnes Euangelista loquuntur, ut dubium non sit, fidem tantum eorum qui portabant, notare voluisse. Atq; ita omnes boni autores interpretantur, Cytillus Hierosolymitanus, cæchesi 5. Ambrosius libro 5. in Lucam, Hieronymus, & Chrysostomus. Nempe, inquam, regnum obtinuit in Grammaticis Maldonatus, ut ei vni edita pronuncianti, oī loquitur nefas. At nos tam male nato homini seruire non possumus. Suas ille ergo ad populum phaleras. De Chrysostomo, manifestè mentitus est, nam eti priori loco hanc adferat expositionem; tamen post transit in nostram. Verba audi, id est, Φωτις περισσούσης ταχασίνης, Videntes enim, inquit, fidem horum, scilicet demittentium, μάλλον ἡ πιστίς εἰ γέγονος λιγότερος πολὺ ἢ λιγότερος ταχασίνης μη πεπιστεύει διὰ τοῦτο φέρεται, εἰδιδικτον) εἰ αὐτὸς αὐτῷ διώκειν, Quæ potius agrotantis hic fides erat, neq; enim permisisset se demitti, nisi credidisset: cum ergo ille tantam fidem ostendisset, in se etiam virtutem suam ostendit.

XI. Enimvero festiuus Toletus in Lucæ 5. qui, ut hoc Chrysostomus testimoniis nobis erat erectum, *Etsi*, inquit, *affirmat paralyticum fidem habuisse*, *quia si non credidisset*, *demitisse non esset fassus*, *tamen fidem porum quam vidit Dominus, interpretatur illorum qui dimiserunt*. *Quia* nemo sciat, *quanta vis sitorum verborum*, μᾶλλον ἡ τιμωδία: *nemo*, *nquam, sciat, esse præcedentium εἰπογόστων*. Itaq; nos contra, etsi pri-*mo fidem illorum interpretetur, qui demittebant, tamen, Rhetorica cor-*
rectione vñus, etiam paralytici intelligi posse notat, & præfert ἡ τιμωδία*mirum, in his verbis, Videns fidem illorum: & μᾶλλον, hoc po-*
ius.

XII. Verum, audite à Maldonato nostram non solum ignorantiam, sed etiam stoliditatem, & stultitiam. Nam hanc nisi non confecerit, ut omnes qui communis sensu non carent, intelligant, negat homo pudens & religiosus, sibi satis factum iri. Quid ergo? Tres a nobis fides fiet, quasi

in lyra, non in religione: vnam historicam, qua credamus omnia, quæ à Deo dicta sunt: alteram miraculorum, qua credamus nihil esse, quod a Deo fieri non possit: tertiam, iustificantem, & Christianam, qua credamus, meritum Christi nobis esse remissa peccata. Has fides tribus in Deo proprietatis respondere, veritati, potentiae, bonitati. Nos docere, nec prima, nec secunda, hominem iustificari, sed tertia sola. Porro, esse quidem hanc triplicem fidem, figuratum, esse somnum, esse portentum, esse chimaram: veruntamen, & nostrum errorem refellere, & cæcitatem mirifice declarare. Videelicet, fidem illam iustificantem, his locis nullam nominari.

XIII. Non decet, me ad omnes canum latratus commoueri, non a-
etum agere: tantum nunc notare, ~~xarondias~~ huius nequitiam omnia no-
stra peruertentem. At nos sanè, tres fides nunquam diximus: sed homo-
nymiam vocabuli distinximus, ne imponat incautis, imo Iesuitarum im-
posturis seruat. Nunquam audii, quatuor tauros ab eo constitui,
qui distinguat Taurum quadrupedem, Taurum philosophum, Tau-
rum sidus, Taurus montem. Non tres vitas in homine, vegetatiuam,
sensitiuam, rationalem. Hoc primum Iesuitice ~~xarondias~~ peccatum
est.

XIV. Secundum: eas definitiones partim à nobis non habet, partim luxauit. Non habet illam, qua fides miraculorum dicitur credere,, nihil esse quod à Deo fieri non possit. Nam, fidem miraculorum putamus per se non esse in intellectu, sine quo nullam propriè dictam fidem putamus. Eſe igitur donum Dei, vnde patrentur miracula : interdum etiam ab infelis, aut non cogitantibus: ac proinde in effectis totam consistere , vt exempli gratia, loqui varijs linguis. Breuiter, credere omnia posse a Deo fieri , censemus ad historicam fidem pertinere, si nihil habeat præterea, vt in dæmonijs: & rurlus, infinitas hominum myriadas credere, omnia Deo possibilia qui tamen fidem miraculorum neq; habeant, neq; habuerint, neque habituri sint vñquam.

XV. Definitionem fidei historicæ luxauit, omittens particulam, tantum, ea enim est, quæ persuasum habeat, quæcumq; in Scripturis sanctis legit, esse verissima: quomodo in Liuio, aut Suetonio, Tacitove, Breuiter, quomodo Dæmones credunt Deum esse, & contremiscunt. Nam aliquin fidem iustificantem, etiam historicæ credere: sed inde altius surge: scilicet ab intellectu illuminato, ut veritatem non habeat ignotam, progrederi ad voluntatem afficiendam: ut quæ cognoscit, eadem amet, & amplectatur. Itaque historicam posse, non tantum non amare, sed etiam odire, ea, quæ nouit, sicut Deum dæmones: at, fidem iustificantem non posse.

XVI. Tertium, videtur ille, unde sit pescatus festuam illam attributum diuinorum analogiam. Nam nos contra, censemus fidei, tum historice, tum iustificantis obiectum esse, & veritatem, & potentiam, & bonitatem Dei. Adeo ut non ita differant obiecto: sed modo. Fides enim historicas solu afficit intellectum: iustificans autem etiam voluntatem. Sed haec non sunt praesentis instituti.

XVII. Redeo in viam: & quārō cur in ijs locis nulla sit mentio fidei
iustificantis. Quia, inquit, de ea ne cogitauerant quidem: cum nec i-
psi vñquam audissent, nequedum Christus vñquam dixisset, se pro peccatis
hominum moriturum. Nam fidem implicitam obseruat, nolle nos vñ-
lam esse. Quām ergo fidem, inquam, dicamus hīc laudari? Miraculorum,
inquit: ex qua dictum à Centurione, Domine, non sum dignus, ut intres sub-
iectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus: Matth. 8. Ab
hæmorroïsa, Si retigero tantum vestimentum eius, salua ero. Quām deniq;
Christus ab ijs solebat requirere, quos curabat. Creditis, quia hoc possum fa-
cere vobis?

XVIII. Respondeo, primo, in ijs nullam esse fidem miraculorum: & longe falli, hunc non Adeo datum, sed Maldonatum: qui id colligat ex eo, quod illi crederent, id posse fieri à Deo. Nam hæc profecto non est fides miraculorum: sed, ut est apud Occumenium, τις ἀστονεύεται εἶδος, οὐκανέμενος τῷ πίστει λεγόμενος. οὐτοὶ ἵπποι φάνταστοι εἰναι απόντες μελεοτατοί εἰσιν προλόγοις τῷ δοκεῖν εἰς τὸ ζῆται καὶ τὸ, quedam doni species, cui à fide mutuatum nomi- est: unde ad manifestandam Spiritus participationem distribuebatur tunc tē-
poris multis pijs. Nota, distribuebatur, non omnibus, sed multis pijs, distri-
buebatur tunc temporis: at qui credere, Dèum posse omnia, commune est
omnibus pijs omnium temporum. Denique, hæc fides miraculorum, ea
est, per quam ipsi, qui eam habent, patrant miracula. Vnde i. ad Corinthi
13. illud, ὡς ἐγώ μεθιστήνω, omnes vertunt, ita ut montes transferam, at ne-
mo, ut credam DEVm posse montes transferre. Et Iustinianus circum-
scribit, *Fidem miraculorum effectricem*. Christus etiam, Math. 17. *Dice-
tis: quid?* Deumne posse transferre montes? minimè: sed *Dicitis mon-
ti huic, transgreditur hinc illud, & demigrabit.* Subiicit autem, nihil im-
possibile, non Deo, sed vobis erit. Ergo fides hæc miraculorum, non ea est,
qua credit, Deo omnia esse possibilia; sed ea est, per quam ipsi homines fa-
ciunt miracula.

XIX. Maldonatum ergo oportet habuisse animum in patinis, quum hos putauit eam habere fidem miraculorum, qui tamen patabant nihil, sed patiebantur duntaxat: & expectarent, dum Deus in se ipsis ageret sine ipsis. Quod si non fuit fides miraculorum, ergo vel historica, vel iustificans. At non historica: quia haec sibi nihil applicat; nec fiduciam habet adiunquam, nec obtinet remissionem peccatorum: nec saluar quenquam immo dominat potius: quia inexcusabilem reddit eum, qui nihilominus veram fidem non habet in Deum. Ergo necesse est fidem hanc esse iustificantem.

XX. Sed illi ne cogitabant quidem de fide iustificante. Cur non, inquam? Nam nos, qui fidem scimus esse in intellectu, & voluntate, concludimus, non esse aliquid stupidum, brutum, ut credere quis queat, nihil cogitans se credere. Nam si non cogitat, ergo intellectus non afficitur. Tum autem, ne vult quidem, si non vult, non credit. Est enim fides *ex eo*.

XXI. Sed nondum audiuerant: nondum Christus dixerat, se passum. Primum, vrumq; est ex coniectura, non ex ylla demonstratione. Esto tamen: at nulla vis argumenti. Timo enim id duntaxat sequitur, non credidisse ordinario modo, per auditum. Sed quid obstat, quominus peculiari Spiritus inspiratione crediderint? Enimvero Abram creditur

fide iustificante, qui tamen non audierat Christum, nec Christus ipse dixerat se passurum. Magi à nullo audierant Iesum esse natum regem Iudeorum, & tamen crediderunt. Moniti, fatior, miraculo stellæ, id quid obstat, quoniam in his moniti à tot, tantisq; miraculis Christo patrat; is, conceperint de Christo fidem longe aliter, quam vulgus Iudeorum: quam Scribæ, aut Pharisæi?

XXII. Deinde, fides iustificans, sua habet initia, suos progressus. Et in initijs non nihil ignorat, ac proinde non credit. Marc. 9. *Credo Domine, succurre tñ anima, incredulitatem meam.* Interea, qua ex parte credunt, fidem habent veram, & iustificantem. Sic Paulus, ad Rom. 14. eum qui manducabat quosvis cibos, dicit habere fidem: ideoque alterum, qui abstinebat à quibusdam, necesse erat non habere fidem, in eo saltē capite: & tamen non negat habere fidem: sed vocat infirmum in fide. Itaque hi, cuius nondum omnes crederent articulos fidei, quia nondum norant, tamen quos norant, credebant, vera & iustificantē fide, ac proinde habebant fidem iustificantem.

XXII. Nam, quod obiicit, à nobis non tolerari fidem implicitam: verum dicit quidem: sed non cogitat, quid disputer. Apud Papistas enim fides implicita, non ea est, quæ non credit, quod nescit: sed ea fingitur esse: quæ credit, quod penitus ignorat: quod nos fidei moustrum merito deportandum dicimus in Anticyram. Sed fidem veram esse, quæ credit sibi reuelata, non reuelata ignoret, nos profecto nunquam negauimus. *mo à Paulo didicimus, Si quid aliter sentitis, hoc quoq; vobis Deus reteget, ad Phil. 3.*

XXIV. Atque hactenus de ijs locis, in quibus sanitas corporis, occasio est promittendæ salutis animæ. Ad illud Pauli, ex Abacuc, *In iustus ex fide viuit*, primum responderet Bellarminus intelligendam fidem viuam; non ne posse quenquam viuere ex fide mortua. At fidem viuam, non esse fidem solam, sed cum operibus, sive per charitatem operantem.

X X V . Imo nulla solutio est. Nam & nos idem asserimus, nempe, iustificari quenque ex fide viua, nec fidē viuām villam aliam nouimus, quam quæ operetur per charitatem, id est, habet opera bona comitantia. Sed negamus tamen ex operibus fidei quenquā iustificari, sed ex sola fide non quod sola sit fides in eo qui iustificatur, quomodo nūgator inuertit id quod dicimus, sed quod sola iustificet: hoc est, ita sit in nobis coniuncta cum operibus, vt tamen opera non iustificant, sed fides, non ratione operum, sed ratione sui: non quidem effectiū, aut formaliter, sed, vt diximus, instrumentaliter. Et sanè, ens icirer Propheta, non esse fidem sine operibus, tamen non frustra dixir, iustum fide viuere, cum nunquam dictum sit, operibus viuere.

XXVI. Iterum Bellarminus, de effectu Sacramentorum, lib. 2. cap. 9.
& Vasques in Thomæ 3. disp. 31. c. 5. Illa verba, *Iustus ex fide vinit*, non significare ad literam, iustum hominem fieri, aut reputari ex fide, sed iustum ex fide, quam haber, constanter expectare, quæ Deus promisit, & nō frangi, aut deficere, etiam si promissiones tardati videantur. Probant, quia tum Abacuc, tum Paulus ad Hebreos, tractant de patientia & longanimitate.

XXVII. At contra; Paulus ad Romanos, & ad Galatas, manifeste non agit de patientia & longanimitate, sed de homine qui fit, reputaturq; iustus per fidem. Nam Paulus, *Institutio Dei in Euangelio declaratur ex fide in fidem, sicut scriptum est, Iustus autem ex fide vivet.* Et, Nullum autem per legem iustificari apud Deum, manifestum est, si iudicem iustus ex fide vivit. Quid ergo promorunt Sophistæ? Nam certè Paulus, opinor, mentem norat Pto-pheræ: quis Apostolo Bellarmino opposuerit, aut Vasques, aut etiam quantum est, fuit, futurum est Iesuitarum? Iustinius in primum ad Ro- manos, *Qua si admittatur sententia illa videlicet, qua deinceps agunt Sophistæ,) necesse est fateri, Paulum Apostolum, vel Prophetam vaticinio abusum, vel fidei nomen hoc loco nibil à fiducia & confidentia differre.* Sed longe ve-ro similitus est, vaticinari Prophetam de Christo venturo, ut existimauit Eusebius, & apertissime docuit Hieronymus: & ut catera desint testimonia, unius Pauli autoritas in star omnium esse potest.

XXVIII. Sed fermo est (auunt) de patientia. Esto sasè. Quid tum autem? Nam hæc patientia, non nisi ex fide: quod Calvinus monuit in decimum ad Hebræos: & Iunius, parallelorum tertio: & alij Itaque nihil obstat, quominus, cum de longanimitate ageretur, eius vera, & proxima causa nominaretur.

XXIX. An Panigarolla, longe, longeque aliter. Ipsa verba recito, ne me quisquam calumniari putet: *Illud dictum Abacuc si diligenter consideretur, pro nobis facit, & operum necessitatem probat apertissime.* Attende, queso: Si dicerem, eum indulgere seruire est sensui, qui ex sensu viuit, quid quo, intelligeretis? Profecto nihil aliud, nisi illum seruire & indulgere sensui, quia ea facit, quae sensus dictat. Si item dicerem, rationi obsequium, qui ex ratione viuit, quid intelligeretis? illud omnino, obsequitatione eum, qui ita operatur, vitriola suaderet. Eodem modo, cum dico, iustum esse, qui ex fide viuit, quid intelligere poteris, nisi eum esse iustum, non qui simpliciter fidem habeat, sed qui ea operatur, quae hortatur, & monet fides? Eadem fuit mens Dominicis a Soto. Non sentit, inquit, fidem esse vitam iusti, & formam totam, qua est iustus: sed plane quod fides allicit iustum ad obeundula opera legis, sustineatque ipsum in laborum patientia a proprie tem, quasi dicat, iustum non prius recipit premium, quam operetur, sed in futurum sperans operatur.

XXX. Verum hoc si est, tum viuit, Paulo significat, vitam institueret suam, hanc, inquam, quam viuit in his teritis. Atqui Ambrosius, Declarat olim ostensum, iustum ex fide, non ex lege vivere, hoc est, non institucare hominem apud Deum per legem, sed per fidem. Vita enim ex fide, non hac presentis est, sed futura: quia iustus ex fide viuit, sed apud Deum. Chrysostomus, Τοῦ Κοφούριον εἰς μέσον τοῦ θεραπευτικοῦ λέγει το, ὃν τὸ εἰν αἰώνας γένετο μέλλοντα ζῆσθαι, ἀλλὰ θεοτίτεος ὁ γε δικαῖος, φησι, τούτη πίστεως ζωή, τοῦτο μέλλοντος ζήσεως: Sophoniam, μηδομένη εἰς αὐτοῦ το: debetur enim Abacuc dicere: sed tamen, Sophoniam in medium proferit, clamantem, Εἰ dice-tem, non posse aliter viuere si quis viutur sit, nisi per fidem: Nam iustus, in-quit, ex fide viuet: de futura vita loquens. Hieronymus in Abacuc, iustus au-tem qui credit veribus meis, Εἰ de his non ambigit, quia pollicetur habebit primum vitam eternam.

XXXI. Inde Papistæ. Lombardus, *Venit, non vita ista, qua presens*

est sed futura, id est, eterna, qua est merces fidei. Merces enim fidei, est videre quod credidimus, antequam videremus. Caietanus, Est ille qui vivet, vita procul dubio salutis eterna. Salmero, disp. 11. ad Rom. Et si hoc loco, & ad Galatas tertio & ad Hebreos decimo, de presenti legamus, vivit, non tamen pugnat eum Hebreos vel Gracis fontibus, qui habent, de futuro vivet. Et ratio in promptu est: quia vita gloria futura, quasi praesens possidetur per fidem, qua est substantia rerum sperandarum: & alio loco, coniunctivit nos in Christo, & con-re-suscitavit, & confidere fecit in caelis in Christo Iesu. Fide enim tenemus futuram, quia credit in Filium Dei, habet vitam eternam: & iam spe illam vitam vivit: interim re ipsa vivit vitam gratia.

*XXXII. Non ignoro, aliter vixum Augustino, atque alijs ex Patribus, sed profecto praeator rationem. Nam primo, longe nimium discederet Paulus a Prophetæ mente. In quo, eti censes ambigant utro modo construenda sententia sit, an, *instans ex fide, an, ex fide vivet*: tamen ex Hebreo fonte prius illud verius est: id enim postulat distinctionum Grammaticarum adscriptio, cuius vim Beza exprimens, *Qui vero, inquit, ex fide iustus est, vivet.* Quamvis exppositores plerique omnes relinquunt in medio. Atqui si, *vivit*, exponas *vitam instituit*, huic ambiguati locus nullus esse potest: nam, quis sensus futurus, si dicas, is qui iustus est ex fide, instituit vitam suam. Aut quid est, instituere vitam suam, nisi exprimas instituenda modum? At nobis sane perinde est, utro construas modo; utrumque enim verum, &, cum qui ex fide iustus est, salutem obtinere: & rursus, cum qui iustus est, salutem obtinere per fidem.*

*XXXIII. Præterea Salmero, Prophetæ mentem exponens, *Animaduerte*, inquit, *Paulum maximè ad rem loquutum fuisse*, quia, quum Propheta proponeret captiuitatem populi Iudaici sub rege Babylonis, & liberacionem quæ facta est per Cyrus, sub quo captiuitas demonis sub Diabolo, & liberatio per Christum designabatur, subiecit, si moram fecerit, exspecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce, qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso: iustus autem in fide sua vivet. Ex quibus liquidum redditur sermonem Prophetæ aperte tradere, iustos per fidem Christi vitam consequentes eternam.*

*XXXIV. Tertio, Paulus iustitiam hanc ex fide, testatur manifestari sine lege: capite tertio. At qui ex fide inducitur in vitam bonam, sive vitam suam instituit, idem, dirigit actus suos ad præscriptum legis. Vnde verba Dominici à Soto, *quod fides alliciat iustum, adobeunda opera legis.* Itaque, non potest hæc iustitia manifestari sine lege. Sed hæc, quam nos dicimus, iustitia ex fide, verè manifestatur sine lege: quia legis in ea nullæ partes sunt, aut etiam esse possunt: quandoquidem ille iustus ex fide, sive credens, est non operans, ut loquitur Paulus, id est, qui negare non potest, se nulla facere opera talia, ut ex ijs iustus censerit queat.*

*XXXV. Denique, 3. ad Galatas, *Nullum per legem iustificari apud Deum, manifestum est: quoniam iustus ex fide vivet.* Lex autem non est ex fide: sed quisquis ea fecerit, vivet per ea. Qui locus manifestum explicat, quem habemus præ manibus. Erin eo illustris est duorum comparatio, sive oppositio potius. Vnius, *iustus ex fide vivet.* Alterius. *Quis quis ea fecerit, vivet per ea:* vnde longissimum dictum inter iustitiam ex fide, & iustitiam ex lege. Hæc ergo describitur, qui facit ea, nempe, quum lex iubet: At, si iustitia ex fide, intelligatur, quum quis per fidem allicitur ad opera legis oœcum: ergo hæc eadem iustitia ex lege, facit eadem: perit ergo dictum à Paulo tam curiosè obseruatum. Tum autem, quo sensu vñperpetetur vivere, manifestum. Nam in vñroqueloco, idem verbum est, *Ex fide vivet: vivet per ea.* Quid autem absurdius, quam si quis fingat dictum. Quisquis ea fecerit, vitam instituit per ea? Aut quis neget esse in eam? *Euclæsiæ & Imo Iustinianus, Qui ea fecerit, qua lege continentur & profecto liber, atq; immunis erit à pœna, que proposita est ijs, qui legem violauerint.* Probe, nisi imperfectè. Nam vivere, aliquid amplius significat, quam non mori. Quanquam ad præsentem quæstionem perinde est. Sed nos similiter, iustus ex fide, liber est, atq; immunis à pœna, quæ proposita est ijs, qui legem violauerint.*

XXXVI. Atque haec tenus priuatæ quorundam locorum exceptiones hæc posthac sunt generales: Prima esto ex Maldonato in 9. Matthæ. Possem dicere, quod omnes haec tenus Catholicæ responderunt, nos non negare, sed docere primam iustificationem, propter opera non fieri. Euge, gratulemur nobis, quod viribus totis noluerit nos inuadere. Perieramus: perierat nostra veritas, nisi lateribus suis parcere induxisset Crotoniates, & hinc, ut in alijs multis, indiligerente esse. Sensus est, primam iustificationem non fieri propter opera: sed secundam: & illud probari ijs locis, non istud.

*XXXVII. Respondeo primum, illud, propter opera, nihil ad rem. Significare enim, vel merita, vel finem. At de meritis, nullam nunc esse quæstionem, sed de iustificationis vel instrumento, ut nos loquimur, vel forma, ut Papistæ. Non de fine etiam: nam iustificationis esse finem, bona opera, absurdus sit qui neget, si non principem, saltem in subalternis. Iustificamur enim, primo, vt Deus glorificetur: tum, vt ipsi beati tandem simus: tertio, vt etiam nunc bene vivamus. Ad Tit. 2. *Illuxit gratia illa Dei salutis, quibus suis hominibus, erudiens nos, ut abnegata impietate, & mundanis cupiditatibus, sapienter, & iuste, & pie vivamus in presenti seculo.* At non si bona opera sint finis iustificationis, ideo iustificamur ex bonis operibus: sed tantum ex fide sola: quia hæc non tantum finis est, sed est etiam instrumentum, quo iustificatio nobis applicatur.*

XXXVIII. Secundo, de prima & secunda iustificatione, dolere nobis, quod non tantum sentire, sed ne loqui quidem cum Sophistis queamus: nimirum, cœuentes infidias. Ceterum, alias protestati sumus, si primam iustificationem appellant, eam qua propriæ iusti censemur apud Deum, id est, absoluimus a maledictione: secundam vero, eam quam nos sanctificationem potius, maioris, distinctiorisque lucis gratia; facilè nos concessimus, his locis non probari, secundam non esse ex operibus, sed tantum primam: & hoc si ex animo concedant Sophistæ, nobis abundè satisfactum iri. Non enim tanto abundare orio, aut tam male esse feriatis, ut, cum non opus sit, velimus contentiones multiplicare. Sed, quia non tantum aliter loquuntur, sed etiam aliter sentiunt, ne ægræ ferunto, nos ne verba quædem cum illis habere communia. Nos quicquid id est, quo conciliamus

Deo, quo absoluimus à maledictione legis, quo in filios Dei mutamur; id iustificationis nomine intelligimus cum Paulo: in quo nimirum causa est, ut vitam speremus eternam. Atque hoc, quicquid est iustificationis, in Scripturis tribui fidei soli, arctè tenemus, accurateque defendimus.

*XXXIX. Altera solutio, & communior. Bellarminus, *Negamus id sequi, ut fides sola iustificet, et si interdum sola nominetur.* Rationes negandi. Prima, ex Driedone, per regulam Augustini. Non omnia quæ in Scripturis tacentur, negantur. Secunda, ex Bellarmino. Nam interdum quoque sola nominantur aliae virtutes, aut Sacra menta; *Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Tobia 12. Eleemosyna à morte liberal.* Ad Rom. 8. *Spe salutis sumus.* Ecclesiast. 2. *Timor Domini expedit peccatum.* Ad Tit. 3. *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.* Ad Ephes. 2. *Mundans nos lauacrum aqua ex verbo.* Solere enim Scripturam, cum ad unum effectum multæ causa concurrunt, modo vni, modo alteri effectum tribuere. Sic ergo, inquit Maldonatus, ex illis, vbi fides non nominatur, colligi non potest, sola charitate, sine fide remitti: ita ex his, vbi non nominatur charitas, peruerse colligitur, sola fide remitti sine charitate. Tertia, ex eodem Maldonato: quia, nos doceamus, sicut charitatem sine fide, sic sine charitate fidem esse non posse.*

*XL. Insto: Vere, legitimeque ex ijs locis colligi, non tantum fidem, sed etiam solam fidem iustificare. Ratio: quia nulquam alibi ullus locus occurrit, qui aliter doceat. Contarens, in 4 ad Rom. *Notandum etiam, quod hanc imputationem iustitiae, Scriptura nulli alteri rei tribuat, quam fidei.* Tum autem, quia horum locorum nonnulli, cum iustificationis doctrinam tractant ex professo. Exempli gratia, qui ex ad Romanos: ac nominatim 3. cap. vbi percurrentur iustificationis causa: *Eficiens, misericordia Dei: materia. Christus in sanguine suo: formalis, sive instrumentalis, fides è verbo concepta: finalis, diuinæ iustitiae, & bonitatis gloria: sic annotante Caluino, ac post eum nostris omnibus: ut nullus sit forte in tota Scriptura locus insignior, ad vim istius iustitiae illustrandam. At certè is mos est: ut qui ex professo aliquid explicant loci, hi ita intelligantur, ut quæ tacent, eadem negent. Si Physicus pronuntiant, quatuor esse elementa: si Dialecticus, quatuor causas: quis non concepir, nullas esse præterea? Sic qui ab Aristotele audiunt Parmenidem, *φύσις οὐ ποιεῖται, οὐ ποιεῖται, οὐ ποιεῖται, οὐ ποιεῖται,* ijdem intelligunt, non hæc inter reliqua, sed hæc illi sola esse principia. Et Euangelistas, cum duodecim enumerant Apostolos, nemo ita insanit, ut non certum dicat numerum designatum. Quid multa? Dixit Moses, *In principio Deus creauit cælum & terram:* & concludit fides Catholica: Ergo solus Deus creauit.**

XLI. Non valent igitur oppositæ rationes. Concedimus: non omnia quæ tacentur, affirmari. Et fortius, quæ semper tacentur, nunquam affirmari. Quæ autem affirmantur, dum reliquæ semper tacentur, sola affir-mari. In Christi persona ita affirmari duas naturas, ut terria temporaceatur: In Deitate, ita tres personas, ut quarta nulla nominetur. Itaq; omnes Theologi concludunt, duas solas esse naturas in Christo, tres solas perso-nas in Deo.

XLII. Nominari interdum alias virtutes solas, tum cum agitur, quo modo iustificetur homo, nunquam probavit, nunquam probabit Bellarminus. Quos autem nunc locos recitat, iij partim alias explicati sunt, partim etiam suo loco explicabuntur.

XLIII. Nos vero iure afferere, nunquam esse fidem sine charitate, alias disputando demonstrauimus. Sed hoc, quid ad rem? Sæpe enim dicimus, non queri, utrum iustificans fides sola sit: sed utrum sola iustificet. Certè, eti non solus sit in animo intellectus; non sola memoria; tamen solus intellectus intelligit, sola memoria meminit. In capite, eti nunquam soli sint oculi, nunquam solæ aures, nunquam solæ narres: tam oculi soli vident: solæ aures audiunt: solæ narres olfactiunt: & quidem ita, ut si essent absque alijs, non possent, aut videre, aut audire, aut ol-facere.

XLIV. Tertia solutio. Cur autem Apostolus frequentius iustificationem titulat fidei, quam dilectioni, aut alijs rebus, causa est, quam reddit Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 8. quoniam fides est initium gra-tuitæ iustificationis. Inde enim incipit Deus ædificium spirituale in ani-ma hominis, inde incipit curare morbum peccati: inde incipit colere agrum cordis: inde incipit viam aptiæ ad portum salutis.

XLV. Insto. Primum. Ergo nos rectè concludimus solam fidem in-telligendam. Nam, si propterea dicatur iustificare, quia sit initium gra-tuitæ iustificationis: initium autem non posse intelligi nisi vnum: Ergo solam fidem necesse est intelligi: nam si præter eam aliquid aliud, aut non sic interpretandus Paulus: aut plura initia constituenda erunt: nisi quis malit, Paulum esse mentitur. Quorū ergo illa præcedens solutio: Negamus sequi, solam fidem iustificare?

XLVI. Deinde, Caluinus hoc ipsum commentum refutabat Anti-doto sessionis sextæ capituli noni. Argumenta erant: Primum, Eu-an-gelium est potentia Dei ad salutem omni cre denti, quia in eo reuelatur Dei iustitia ex fide in fidem. Nam si initium tantum designatur, dicendum fuisse, ex fide in opera: siquidem hæc perficerent, quod fides tantum inchoaret. Secundum. Iustus ex fide victurus est: quod im-propriè dictum forer, nisi vitam perpetuat fides. Tertiū. In Abrahæ persona, relucet præ ipuum iustificationis speculum. At, quo tempore huic fides ad iustitiam imputata dicitur, non erat nouitius: sed iam annos complures Dominum sequutus, ut res non vulgare sanctitatis, omniumque virtutum exemplar. Non ergo aditum illi ad iustitiam pat-fecit fides, ut aliunde postea iustificatio completeretur. Quartum. Con-cludit Paulus, nos stare in ea gratia, quam fide consequuti sumus. Quantum distat fixa & immota statio à momentaneo transitu: tantum à Pauli sensu distant qui fidem constituant duntaxat initium iustificationis.

*XLVII. Bellarminus Caluino obsistens, primo Patres opponit, deinde, eius argumenta soluit Caluinus, inquit, S. Augustino, & toti Anti-quitati insultat. Ille, de prædestinatione Sanctorum cap. 7. *Ex fide ideo dicit iustificari hominem, non ex operibus, quia ipsa prima datur, ex qua impe-mentum.**

trentur cetera, que proprie opera nuncupantur. Epistola 105. *Fides*, unde omnis
infusio sumit initium. Similiter de bono perseverantia capite secundo
Prefatione in Psalmum tricesimum primum: Sermone 16. de verbis Apo-
stoli: &c 22.

XLVIII. Sed Bellarminus nimium negligenter disputat. Primo enim non aduerit Caluinum, qui universam iustificationem tribuat fidei, non posse eidem non deferre initium. At Tridentinos, in eo versantes, ut dannarent profitentes soli fidei illam assignandam, concedere solum initium, non etiam perfectionem à fide esse. Itaque de initio conseatur eis Caluinum: at de perfectione dissentire. Augustini autem citatos locos, illud confirmare de initio: at non hoc de perfectione. Itaque Augustino Caluinum insultare: calumniosè dictum.

XLIX. Secundo, Augustini verba dico esse in partem Caluini disertissima: illa, in quam ipsa verba: quibus vtitur Bellarminus. Cum enim dicit, *Ex fide ideo iustificari hominem, non ex operibus, quia ipsa prima detur, ex qua impetrantur cetera, qua proprie opera nuncupantur*: manifeste iustificationem disparat ab operibus: vt, quia opera impetrantur à fide: at fides iustificet; ideo homo iustificatus sit antequam opera impetraverit. Vnde manifestum, non tantum fide, sed etiam sola iustificari hominem : vt sensus sit Augustini: ideo sola fide hominem iustificari, nec posse iustificari per opera: quia hæc impetrantur à fide, per quam sit iustificatio.

L. Sed & reliqua Augustini non difficiliora. A fide omnis iustitia sum initium: nimirum, quia etiam sanctificatio ipsa est iustitia: & haec habet, tum initia, tum profectum: imo sanctificationis initium, iustificatio haec de qua disputamus, quam, ut diximus, sequuntur bona opera. Quia igitur iustificatio est ex fide: & iustificatio, iutium sanctificationis: ergo ex fide initium omnis iustitiae. Item: recte, initium homini Christiano, credere in Christum. Recte item, a fide incipit homo. Nam homo Christianus, non solam iustificationem significat: sed etiam sanctificationem. Recte, Domus Dei credendo fundatur, sperando erigitur, diligendo proficitur: nam domus Dei viuesam complectitur salutis economiam, tum in iustificatione, tum in sanctificatione.

LI. Argumenta Caluini examinans, quartum omissit, ac proinde sartum rectum id nobis superest. Viderit ille quanto cum sua causa compedio. Nam certe, si a fide initium, quod ipsi toties boant Sophistæ: si a fide perseverantia: quod Paulus asserit: Ergo inconsiderate Tridentini, sola initia fidei assignant.

LII. Sed ille saltem ad primum : *Ex fide in fidem*, inquit, variis modis exponi potest : ex fide annuntiantium Euangelium, in fide obedientium; apud Augustinum de Spiritu & litera cap. vndecimo ex fide Prophetarum, in fidem Apostolorum: ex fide obscura & latente in Veteri Testamento, in fidem manifestatam, & reuelatam in Testamento Nono: ex fide rerum præteritarum, in fidem fututarum: ex fide imperfecta, in fidem perfectam, & caritate formatam. Et hanc postremam confirmati similibus phrasibus, qua significant progressum, & incrementum eiusdem rei. Psalm. octogesimo quarto. *Ibunt de virtute in virtutem.* Psalm. 100. Et usque in generationem, & generationem veritas eius, Posterior. ad Corinthis tertio, *Transformamur à claritate in claritatem.* Luc. 1. *Misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum.* Itaque, sententiam Apostoli esse, in Euangeliō reuelari iustitiam Dei, quæ incipit a fide inchoata, & perducitur ad fidem caritate perfectam atque formatam.

LII. Ego vero noui , varie varios lusisse , sibi nimis indulgentes in his Apostoli verbis: atque adeo, si quis omnes percurrat, posse alios multos colligi modos. Vide Anselmum, & Bererium, & Salmeronem , & Iustini-
nianum: non enim placet in nigris esse prolixum. Sed in Bellarmino ma-
gna incogitantia fuit: qui, multis illis modis recensit, concludit tamen in folium postremum, fidei informis , & formatae. Quid hic queso, mentis est? Exponi potest varie: ergo sensus est : ex fide inchoata, in fidem forma-
tam. Nunquam ego quidem memini vidisse somnolentius disputantem. Itane hunc postremum modum oportuit reliquis omnibus prælatum; ta-
met si nullis argumentis confirmatum ? Nam, qui conferuntur loci: se-
tantum utiles sint, si forte, ut posse in eam faciem ea verba exponi, non am-
bigamus: at non profecto , ut certi simus non aliter : maxime hoc loco.
Quid enim ? an Augustino puret sua defuisse argumenta, cum diceret, ex
fide Prophetarum in fidem Apostolorum ? Nam, et si nulla enumeretur,
tamen non putem fortuito in eam sententiam venisse. Ne alias quidem,
cum aliter: ut est apud Bedam in Collectaneis , Ex fide verborum, quibus
nunc credimus, quod non videmus, in fidem rerum , qua in eternum, quod nunc
credimus, obtinebitur. Mirto reliquos: quibus cur se præferri postuleret Bellar-
minus?

LIV. Nos in hanc imus partem: ut primo supponamus: cum dicitur, homo iustificari ex fide: intelligendam eam fidem, quam quis habeat, non autem quam non habeat: & per quam dicatur credens, siue fidelis, ~~misi-
er~~, ~~n~~ ~~ri~~ ~~os~~. Inde enim, *Fides tua te seruauit. Cum vidisset fidem eorum. Per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt. Iustificans eum, qui ex fide Iesu.* Quare absurdè hoc inferri, fidem annuntiantium, fidem Prophetarum, & si quæ alia sunt significations fidei, ~~misi-egi~~, nec designantes illum, siue actum, siue habitum, suo quis credat.

LV. Secundo dimoueri non possumus ab eo quod s̄aepē dictum, fidem
eam veram intelligendam : & vt loquebantur ipsi aduerari, viuam.
Quia nimur, fides falsa, fides mortua non possit quenquam iustificare:
misi forte Diabolos ipsos iustificatos singamus, quorum est h̄ec mortua:
nis mentitum dicamus Iacobum. Quare, quam prætulit Bellarminus: eam
nos sententiam habemus pro ineptissima: nec alibi nata, quam in Schola-
sticorum gutesistiis.

LVI. Huc imus ergo, ut ex fide in fidem, dicamus significare, cum perseverantiam, tum incrementum fidei. Quia, quantum progrederit fides nostra, inquit in eum locum Calvinius, quantumque in hac cognitione proficiunt. *Signum augustinum in nobis Dei instituta, & quodammodo sanctum eius possesso,* Beza. Id est fide, qua quotidie incrementum accepimus, secundum Paulum.

*mo octogesimo quarto occurrit simile dicendi genus. Nam, sicut unus est Deus, ita etiam una est fides, sed quae suis gradibus in nobis perficienda sit. Re-
cite itaque Clemens, εργάσασθαι τούτην την Απόστολος Φαίνεται δὲ τοις κατωρθε-
λαντισμοῖς, μάκρον γάλιαν, εὐθυτική τελεστική πιστοφορία. Apostolus videtur du-
plicem fidem annuntiare: sed potius iamen unicam tantum annuntiat, qua per
incrementa ad perfectionem contendat.*

LVII. Ad secundum Caluini argumentum, nihil habet noui. Illud enim de fide viua, aut de fide coniuncta cum caritate, quid opus est, quasi nunquam auditum retractare?

LVIII. Sed in tertio. Significat, iuquit, Abrahamum iustum, ex nouo quodam actu hodei, factum esse iustitorem. Sed non ideo non aperuit illi auditum ad iustitiam fides, cum primum ille iustificatus est, quia postea quoque in illo iustitiam auxit.

LIX. Imo, iustiorem factum fuisse Abrahamum ex fidem nonquam dixi Paulus, nonquam Patres. Soli somniarunt Sophistæ. Enim uero imputari ad iustitiam, non significat, fieri iustiorem, sed simpliciter pro iusto haberi. Aperuisse Abrahamo fidem aditum ad iustitiam, nemo nostrum negat sed Calvinus probat ex Abraham o, non esse solum hunc aditum tribuen- dum fidei · sed etiam perseuerantiam, imo totum mysterium iustificatio- nis: quod Papistæ negabant: itaque appositum & efficax est in eos hoc ar- gumentum.

C A P. V.

Ex Patribus, solam fidem iustificare.

I. **S**ic à nobis disertissima Scriptura est. Sed & Patres: isti ordine mihī e-
numerandi, priusquam exceptiones aduersatorum expendo.

II. Origenes ad Romanos libro 4. ad extrema verba cap. 3; *Vbi est ergo gloriatio tua? exulta est. Per quam legem? Operum? Non: sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis.* Et dicit, *iustificare solius fidei iustificationem: ita ut credens quis tantummodo iustificetur, etiam si nihil ab eo operis fuerit expletum.*

III. Hilarius, Canon. 8, in Matthæum, Monet Scribas remissum ab homine peccatum; nimis mirum in historia paralytici. Hominem enim tantum in Iesu Christo contubebantur: & remissum ab eo, quod lex laxare non poterat. Fides enim sola iustificat.

IV. Basilius, homilia de Humilitate, Λίγης ἡ ἀπόστολος, ὁ κακουργός εἶ
κυριακαὶ κακάδων λέγειν ὅτι Χριστὸς πᾶντι εἰρήνη σοφία ἔστω Θεοῖς δικαιοσύνη τε
πράγματος καὶ διπλύτεσσις, ἵνα καὶ δι' αὐτοῦ γεράστη ὁ κακουργός καν-
καδῶν. αὕτη γὰρ δι' οὐ τέλεια καὶ διόλυτης κακής τις εἰν Θεῷ, ὅπερ μητρέεται δικαιο-
σύνη τις ἐπίστει, τῆς ιερής αὐτοῦ ἔγνω μὲν ἐνδέξει τοι εἴσατο δικαιοσύνης αληθείας
πιστεῖ δικαιοσύνη της Χριστοῦ δεδικιασμένης, νοεῖ κανονά. Παῦλος ἐπι τοι καλεσθε-
τησθε τοι ειπεῖ δικαιοσύνης, ἐπι τοι την Αἵτιον Χριστοῦ την εἰς Θεον δικαιοσύνην
ιει την πίσιν, Dicit Apostolus, qui gloriatur in Domino gloriatur; dicens, Christus
nous factus est sapientia a Deo, iustitia, et sanctificatio, et redemptio: ut
sicut scriptum est, qui gloriatur, in Domino gloriatur. Porro, hec est perfecta
et integra gloria in Deo, quando neque superius ipsius iustitia efficerit quis
sed si nouis vera iustitia indigum: fide tamen sola in Christum, iustificatum. Im-
Paulus gloriatur, quod sum pro nibilo habetur iustitiam: quereret autem iusti-
tiam Dei, per Christum, iustitiam Dei ter fidem.

V. Ambrosius in caput tertium ad Romanos, Inflificati sunt gratis, quia nihil operantes, neque vicem redentes, sola fide iustificati sunt dono Dei. In quartum, Reputatur fides eius ad iustitiam. Hoc dicit, quia sine operibus legi credenti: impio, id est, Gentili in Christum, reputatur fides eius ad iustitiam sic. & Abrahæ. Quomodo ergo Iudei per opera legis iustificari se putant iustificatione Abrahæ, cum videant Abraham, non ex operibus legis, sed sola fide iustificatum? Non ergo opus est lege, quando impius per solam fidem iustificatur apud Deum. Post, Bearos dicit, de quibus hoc sanxit Deus, ut sine labore, & alia qua obseruatione, sola fide iustificentur apud Deum. Post, Manifeste beat sunt, quibus sine labore, vel opere ali, quo remittuntur iniquitates, & peccata reguntur, nulla ab his requisita paenitentia & opera, nisi tantum ut credant. Sermone quadragesimo quinto: nisi hic non Ambrosius sit, sed Maximus potius, Fides est quae peccata cooperit, que vincit crimina, qua facit de latronibus innocentes: quamvis enim delinquentium grandis culpa sit, fidei tamen maior est gratia: plus enim credidisse Christo, quam seculo deliquisse, & plenioris est meriti veniam sperasse de Domino, quam culpam contraxisse de mundo. Sit ut enim perfidia criminis fecit: ita fides perfecit innocentem. Denique Iudas posteaquam fidem perdidit, innocentiam Apostolatus amisit: omnium enim criminum reus factus, posteaquam virtutum omnium Dominum denegauit. Sic ut ergo sufficit isti ad sceleram, deseruisse Christum: ita illi sufficit ad innocentiam. Dominus credidisse.

VI. Nazianzenus, oratione vigesima sexta , quæ est de moderatione in
disputando , Tι τέττα σωματεῖον τῇ πλάτε: τι ταῦτα ἢ διαρρήσιν κολάτε-
σθαι μολόχουν ιστοις Χεισοί , καὶ τίσεσσον , ὅποιον εἰνικηῶν Ιγνίζεον , Εἰ σωθῆσθαι
καὶ οὐτανὴν φύγει τὸ πιστεύσαν μένον : Quid hic dimitus compendiosus ? Quid hoc be-
neficio facilius , magisque in promptius Confitere Iesum Christum , eumque à mor-
tuis resurrexisse credito , & salutem consequere . Etenim iustitia est , vel solu-

VII. Chrysostomus, in tertium ad Galatas, Tι γδ ενεργείας
μὴ θέριος τὸν ρέαν : εἰδεὶ δικαιοντης εἰς δικαιοσύνην αὐτῷ.
Quid enim illi detrimenti attulit, quod non esset sub lege & Nihil. Sed sus-
tinebat ei fides ad iustitiam. Paulo post, οὐειρι πελειν ἐλεγοντες ὅτι πι-
στει κύριος σωτήρ, επικαταργότες. εἰτοῦτον, ὃν ὅτι πιστει προσίχω-
μόνιν ελεγοντας, Rursum illi dicabant, quis sola fide mititur, execrabilis est
hic contra demonstrat: qui sola fide nititur eum benedictum esse. Sermone
de fide & lege natura apud Occium de iustificatione hominis; qui
articulus primus est libri tertij, domi secundi, Ante opera fides primum in-
ducenda est. Eum qui operatur opera iustitia sine fide non posse

probare viuum fuisse: fidelem autem absque operibus possum monstrare, & vi-
xisse, & regnum cœlorum assequutum. Nullus sine fide vitam habuit. Latro cre-
dit dunt taxat, & iustificatus est à misericordissimo Deo. Atque hic ne mihi di-
xeris, defuisse ei tempus, quo iuste viueret, & honesta faceret opera. Neque enim
de hoc conculderim ego: sed illud unum effenerauerim, quod sola fides per se sal-
uum fecerit.

VIII. Recitatur apud Iustinianum, in caput 4. ad Galat. alius locus Chrysostomi, quasi ex in Psalmum 14. quem videre mihi non contigit, *Iustitia constat ex multis virtutibus: & una virtus activa non facit iustitiam, quemadmodum nec una tabula perficit nauigium, nec unus lapis domum.* Una sola virtus iustificat fides, quae est virtutum fastigium. Homilia 2. ad Romanos, Propositum enim dicitur apostolus. καὶ δικαιοῦ λιγότερον τὸ δικαῖον εἰς αὐτὸν, καὶ τὸ ἔνθελον αἰτιττυρῷ Θεῷ εἰς ἡράτων, καὶ πόνουν αὐτῷ πατέρεσσις ἀλλὰ δύο τὸν ὄντα συμβεβηκέντα αὐτοῖς, εἴ μόνον εἰς φίδιον εἰκόπεον, τὸ πιστεύοντα. Addidit & iustitiam. Ac iustitiam, non tuam sed Dei abundantiam ipsius & facilitatem subindicans. Non enim ex sudoribus ac laboribus ipsam assequeris, sed à superno dono accipis, utnam duntaxat ex te afferens fidem. Post, ωτὸς τὸν τε παρόντα βιον πονητὰς ἀδιαμόδιον ἀπολλαγὴν ἀλλά τὸν τε πιστούς, A malitia enim nobis per hanc vitam contracta non aliunde liberarim, quam per ipsam fidem. Homilia tercia ad Titum, εἰ γὰρ πιστεῖς τὴν πίστιν, τι ἐπειγεικειούμενος, ὡς εἰς αἱρέσιον τὰ πίστεις δικαιούσην; Ambrosius Camaldulensis verit, Si enim credis fidet, cur alia infers, quia si fides iustificare non sufficiat sola.

IX. Hieronymus, in quartum ad Romanos, Tam magna fuit fides Abraham, ut & pristina ei peccata donarentur, & sola pro omni iustitia doceretur accepta. Iterum, Conuertentem impium, per solam fidem iustificat Deus: alioquin per impietatis opera fuerit puniendus. In quintum, Osten-dit ratione, quod non genus, nec circuncisio, sed fides faciat filios Abraham, qui ex sola prima fide iustificatus est. In primum ad Galatas, Neque a me con-finxi, neque ab alio homine accepi, neque a quoquam d. dico, quod gentes sola fide salvarentur. In secundum, Non ex operibus legis, sed sola fide sicut Gentes, vitum in Christo inuenisse te nos sit. Post, Quod autem nunc in carne, in si-de vero filii Dei. In sola fide: quia nihil debo legi antique. Iterum, Non debo illi esse ingratus, qui metantur dilexit, & pro me etiam moreretur. Ab-iecta enim gratia, si mibi sola non sufficit. In tertium, Abram creditit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ita & vobis ad iustitiam sola (sic enim legendum, non solam, ut est in Marian editione) sufficit fides. Post, Quo-niam autem in lege nemo iustificatur. Quia nemo illam seruat, ideo dictum est, quod sola fide iustificandi essent credentes. Iterum, Ut sola fide Gentes benedice-rentur in Christo, sicut promissum fuerat Abraham. Et rursus, Aequa-liter & Inde & Gentes, per solam fidem filii Dei estis, quia credidistis Christo.

XI. Augustinus, contra duas epistolas Pelagianorum, libri primi capite vigesimo primo, cum obiicerent Pelagiani Veterum sub lege Patrum eximiā iustitiam, responder, Quantlibet fuisse virtutis aut quos prædictes viros, non eos saluos fecit, nisi fides Mediatoris, qui in remissionem peccatorum sanguinem fidit; Ipsorum enim vox est, Credidi, propter quod loquutus sum. Dicit etiam Apostolus Petrus, Quid vultis iugum imponere gentibus, quod neque nos portare potuimus, neque Patres nostri: sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus nos saluos fieri, quemadmodum & illi. In octoginta tribus questionibus qu. 76. Apostolus Paulus dicit, posse hominem sine operibus præcedentibus iustificari per fidem: nam iustificatus per fidem, non potest nisi iuste deinceps operari, quamvis anteā nihil operatus iuste, ad fidei iustificationem peruenierit: non merito bonorum operum sed gratia Dei, que in illo iam vacua esse non potest, cum iam per dilectionem bene operatur. Quod si cum crediderit, mox de hac vita deceperit, iustificatio fidei manet cum illo: nec præcedentibus bonis operibus, quia non merito ad illam, sed gratia peruenit: nec consequentibus, quia in hac vita esse non sinitur. De tempore, sermone sexagesimo octauo, Credidit Abram Deo, & deputatum est illi ad iustitiam. Ecce sine opere iustificatio ex fide: & quicquid illi legali posset observatione conferri, totum credulitas sola donauit. Expositio-ne 3. ad Galatas. Iam incipit demonstrare, quemadmodum gratia fidei sufficiat ad iustificantum sine operibus legis: ne quis diceret, non se quidem operibus legis tantum totam lominis iustificationem tribuere, sed neq; tantum gratia fidei ex vitroque autem perfici adsalutem.

XII. Petrus Chrysologus, sermone trigesimo quarto de hæmorroïffa agens, *Vidit istam Deus, quam curando redditur sic felicem.* Et quid pluram Christus mulieris docuit exemplo, quam fides sola totam proficiat ad salutem; Prosper Aquitanus Epigrammate nono, *Sumite quæ magna apposuit sapientia mensa, & variis pasci discite deliciis.* Quarum pars totum est epulum quo quisq; iuuatur. Inde capit viam, quam parit una fides. Claudio Marius Victor, in Genesim lib. 3. At ille (Abrahamus) credidit, & nuda fidei confessio solaplenam ad iustitiam & meritum reputata corona est.

XIII. Helychius in Leuiticum libro 4. atque in caput 14. Miseratus Deus
humanum genus, quem illud ad explenda legis opera infirmatum vidisset, iam
non ex operibus saluare, sed per gratiam, hominem voluit. Gratia vero ex miseri-
cordia, ait, compassione prabetur, & fide apprehenditur sola non ex operibus, ut
Paulus dicit: nam gratia iam non erit gratia.

XIV. Sedulius, in quartum ad Romanos, *Conuertentem impium personam fidem iustificat Deus, non per bona opera, qua non habuit prius, alioquin per impietatis opera fuerat puniendus.* Quæ verba retenta sunt ex iis commentariis, quæ Hieronymo adscribuntur. Ruris in caput octauum, Hisque secundum propositum vocati sunt Sancti. Secundum quod proposuit salvare sola fide, quos prescriberat credituros. Similiter Primasius, in quartum, *Impium per solam fidem iustificat, non opera, qua non habuit: si enim secundum opera puniendus est, non liberandus.* In octauum, *Propositum Dei est, ut sine operibus lezis: vel quibus cunque aliis meritis per fidem solum,* (an potius solam

infidicaret impios: quia fides, non ex natura, sed Dei donum est. Ad quintum posterior. ad Corin. Non reputans illis delicta ipsorum, hoc est, indulgens per solam fidem, quia gratis donata est. Ad Galat. 3. Vt in gentibus benedictio Abrahæ feretur in Christo Iesu. Vt sola fide gentes benedicerentur in Christum, sicut promissum fuerat Abrahæ.

XV. Theophylactus, in tertium ad Galatas, ostendit lege execrabilis reddi homines, & maledictioni subesse, sive vero benedictiones accumulari. Nunc plane demonstrat fidem ipsam, vel solam iustificandi in se habere virtutem, & Abacuc dicentem inducit, quia ex fide, non à lege viciatur est iustus. Lex namque non solam exigit fidem, sed opera. Occidimus, in tertium ad Romanos, Διεργάτε ἐπί τούτῳ τῷ θεῷ κατεργάσαστον, τῷ θεῷ τούτῳ, ὃς μὲν δέ ἐπερισσωνειν γέγονε, τῷ λόγῳ τοισι, Gratis, hoc est, sine tuis meritis servaris: & rursus, ιτάντιον alius conferatur prater fidem: διὸ πάντες πιστεύουσιν Χριστού διεργάσασθαι εἰς μέρον αυτούς πιστεύοντες: Propterea, quicunque crediderunt in Christum gratis iustificantur, fidem tantum conferentes.

XVI. Bernardus sermone in Cantica. *Quisquis propeccatis compunctus,*
esurit & sitit iustitiam, *credat in te, qui iustificas impum,* & *solum iustificatus per fidem pacem habebit apud Deum, Epist. 27.* Librum Ambrosii de morte Valentiniani legit, si non legit: recolat, si jam legit: non diffimulat, si recolit: & adiuvet sine dubio sanctum hominem, non baptizato, & mortuo fidenter de sola fide salutem presumere, & tribuere insubitanter bona voluntati, quod defuit facultati. Post, Vide ne forte ob hoc Saluator, cum dicaret, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: caute & vigilanter non repeterit: Qui vero baptizatus non fuerit: sed tantum, qui vero, inquit, non crediderit, conaemnabitur. Nimurum, innuens solam interdum fidem sufficere ad salutem, & sine ipsa sufficere nihil.

XVII. Habemus ergo in veterum Patrum scriptis ,dilectissimam,frequentissimam,visitatissimam,illam ipsam solius fidei exceptionem,quam hodie animosissimis declamationibus in nobis exigitant hodierni Papistæ: & traducunt tanquam recentissimam ;in iisque adeo Lutheri germanissimum fœtum. Quæ in iis est immanis,aut temeritas, si de re incœpta tam confidenter blaterent,aut impudenter: si compertam tam malitiosæ infestentur, At nobis, non inane gaudium,qui etsi minime omnium pendeamus ab humano testimonio , in rebus diuinis ,quarum proram & puppim esse diuinam in Scripturis reuelationem,non dubitamus:tamen libenter,& audimus eorum, qui nos præcesserunt in Ecclesia, consensum,& hæreticis insultantibus ora videmus obstructa, atque insolentem peruvicaciam domitam.

XVIII. Illi, et si testimoniorum numerum dissimulent, tamen nihil à nobis fingi satis norunt: itaque vertunt se ad artes suas, nunquam oblitii sophistes, ut quā hinc, quā hac elabantur. Hofmeisterus, in iudicio de Confessionis Augustanae 4. artic. Ante exortum hunc in Ecclesia Dei tumultum, nemo fuit offensus particula illa, Sola, quam iam tenerè & quorundam aures vix ferre possunt. Salmero disputation. 10. ad Galat. Quod olim Patres, & alio tempore liberius & securius loquebantur, dicentes, homines iustificari per solam fidem: Hoc inquam, Patrum dictum Catholice intelligendum est, & ad bonum sensum trahendum.

XIX. Et nondū oportebat ergo, inquam, statim, inaudito vel nomine solius fidei. *οὐαντίσθε*: atque haud aliter moueri, quam cum aliquid maxime blasphemum enuntiatur. At quis est omnino Papistarum, qui vel tantilium temporis indulserit, differendis insanis clamoribus, dum *ουαντίσθε* distinxerit? Et non primos impetus suos effuderit; quasi vetitus ne paulo interuallo deferueret? Adeo vix tandem, auditis Patrum nominibus, primulum sapere incipiunt. Nimirum, non illi ædificandæ fidei dudent: sed traducendis aduersariis sudant.

XX. Enimueto, aivnt, Catholice interpretandum. Ita sane, inquam: vt alia multa. Trinitas vnum Deus, hæretice dicebatur à Valentino Gentili; pro solo Patre. Deus de Deo, lumen de Lumine: potuit hæretice, distractis personis, non tantum distinctis. Potest hæretice homo dici liberi arbitrii: potest hæretice salus tribui gratiæ. Et quid non? Quid mirum, si & sola fides? Iras ergo ponamus utriusque: neque verborum Iono, sic offendamur, ut solent pueri ~~meum~~ ~~in~~ ~~risus~~ terrei. Nos quidem, si quis inesse potest sensus malus, sensus, falsus sensus hæreticus, cum dicitur, sola fides iustificare, cum eo protestamur nobis nihil esse commune: qui, quicquid latrent aduersarij, id vnum querimus, ut ne discedamus à Scripturæ, id est, certissimæ veritatis sensibus. Atque adeo Papistas iniustos esse conquerimur, qui hanc ipsam solius fidei iustificationem, quoties a nobis audiunt nominari, sic auersantur, quasi nullo bono, nullo Catholico sca-
fi dici queat.

XXI. Verum enim uero, quid hoc mysterij sit, aperite tandem nobis, virti boni; si tamen estis viri boni. Hofmeisterus. Quidam aduersariorum impia sparserunt in populum contra bona piorum opera? ac si nihil prouersus pertinenter ad salutem hominis. At Ambrosius tam dilucide loquitur, tam egregie, atque exacte suum tribuit fidei locum, ut piorum operibus ne ynicia quidem syllaba praejudicet.

XXII. Non inquitam, quinam illi sint, qui tam indigne bona opera sunt insectati: et si non nihil calumniæ suboleat. Verum enim uero fuerint iij aliqui. Quid statimne oportuit, omnes nos damnatos, nullo facto discrimine, nullo inquisito causa merito? At nos iij sumus, qui quam pudentissime, quam prudentissime de bonis operibus loqui & volumus, & solemus: quæ agnoscimus esse dona Dei, & quidem eximia: agnoscimus necessaria: agnoscimus in populo Christiano in primis laudanda, commendanda, vrgenda: denique, absque iis mortuum fidem, nullam fidem assertimus: adeo ut præ nobis longe molliores sint, quotquot sunt, fuerunt Papista: quivit vel hementissimi videri velint in commendandis bonis operibus, tamen adeo in neruum erumpunt denique: ut fidem, fidem Catholicam, fidem veram, esse posse contendant, absque ullis bonis operibus. Itaque nulli veremur, ne quoties erent Christiani hortandi ad bona opera: in eo nobis aduersarij nostri sint aut vehementiores, aut etiam eloquentiores. Denique, sancte protestamur, nolle nos ullum præiudicium factum bonis ullis operibus.

XXIII. Quid

XXIII. Quid ergo discriminis inter nos & veteres illos Patres, in quorum Scriptis non audent Papistæ eadem ipsa verba damnare, quæ in nostris cum legunt, ferre non posunt: facere non possunt, quin cœlum, terram, mariaque commoueant: ac pene exclamant, Christianos ad leonem? Quid ranti est, inquam, discriminis: Responsuti variant, Primus conatus locorum sollicitatio. Sonnius, *Sunt quir rationabiliter sentiunt vocem exclusiūam in Commentariis Ambrosii à falsariis adiectam esse.* Bellarminus, *Si tamen Ambrosius autor est, vel sermonis illius vel commentariorum in Paulum.* Et Vasques, *testimonia hæc non constat utrum sint Ambrosij.*

XXIV. At de Ambrosii nomine, nulla nobis esto cum Bellarmino, aut Vasque contentio. Scimus illum sermonem à doctis tribui Maximo, cuius nomen et si non tantum, quantum Ambrosij, tam in Catholicis tractatoribus non est nullum. Itaque, non iniuit patiemur mutari nomina, *Commentaria in Paulum,* scimus etiam dubia esse. Quanquam Erasmus alter censet; nec Coesterius eius censuram mutavit. Si solus Ambrosius à nobis esset; poterat non nihil in eius nomine esse momenti. verum cum testibus abundemus, potuit Bellarminus: hoc quicquid est incertitudinis facilius dissimulare. Sonnius diuinatio imporrata est, desperationemque redolet. Nam falsationis quodnam indicium? Imo, qui dixit, nihil operantes, neque vicem Deo reddentes, iustificari: re dixit, quod verbo post expressit, sola fide iustificari. Tum autem: quid iuuat? Nisi forte eadem audacia, eandem exclusiūam vocem summoquet ab omnibus aliis testibus.

XXV. De re ipsa, quid nunc dicunt? Klingius: Ambrosius (nam hunc unum ille vidit, aut vidisse videri voluit) loquitur de lege ceremoniali, aut factorum, &c sunt, Circuncisio, neomenia, & cætera: non vero de lege Decalogi. Alter. Verum est, quod sine opere præcedente fidem & iustificationem, absque ullo præcedente merito. Et hoc vult Ambrosius per exclusiūam solam. Posterioris istud de operibus præcedentibus, placuit Bunderio, placuit Sonnio nihil altius inquisientibus. Salmero, vt doceat quomodo possint Patres exponi Catholice; vel intelligunt, inquit, excludi sacramentorum externas in articulo necessitatis ceremonias, & iudicia legis à fructu iustificationis separant, vt Bernardus: *Vel opera, quæ sunt ante fidem per liberum arbitrium: vel opera meritoria iustificationis: vel alias festas, & religiones præter Christianam.*

XXVI. Bellarminus, nec ausus solum Ambrosium nominare, & videns posse vna fidelia omnes dealbari, sigillatum maluit singula nomina excutere. Ab aliis excludi tantum necessitatem externi operis, non etiam dilectionem & pœnitentiam: puta Origene, & Chrysostomo, in sermone de fide & lege naturæ. Ab aliis, opera quæ sunt sine fide: vt Basilio. Ab aliis, legem Mosis, vt Hilario, & Augustino contra duas epistolæ: & Theophylacto. Ab aliis: opera ceremonialia, vt Ambrosio, sermone quadrageimo quinto, &c ad Rom. Chrysostomo ad Titum. Alios loqui de fide viua, & cum caritate coniuncta, vt Bernardum in Cantica: Augustinum, quæstione 76.

XXVII. Vasques, ab Origene, ab Ambrosio, in sermone quadragesimo quinto à Chrysostomo, in sermone de fide & lege naturæ: à Bernardo, in Cantica, soli fidei tribui initium, sive fundamentum iustificationis. A Basilio, ab Augustino, excludi opera facta ex propriis virib. Ab Ambrosio, à Chrysostomo in Paulum, excludi ceremonias legis. A Bernardo, necessitatem Baptismi. A Theophylacto, vim legis scriptæ, aut extrinsecus solum sonantis, eo quod lex hoc modo nullam vim habeat, sed potius occasio sit peccati.

XXVIII. Sic illi: vnde tu coniicito, quam sint illorum duræ partes, qui non sive rebus fidei, sed sibi res fidei cogunt seruire. Inde enim, quod alius ædifici, diruit alius: quia nimis sua cuique grata. Enimvero diuersitatem scio non esse semper culpandam: et si lignum sit infirmata humana: sed contrarietatem, quis toleret: & in rebus fidei, quibus nihil debet esse fundatus? Sed percurramus singula.

XXIX. Primum, loqui de vera, de viua fide, non tantum Bernardum, & Augustinum, Bellarmino concedimus, sed etiam omnes quicunque Catholicæ, quicunque sani, dixeris solam fidem iustificare. Nam fides mortua falsa, fides charitate diuulta, damnandi vim habet, & tantum damnandi Matthæi 11. *Va tibi Chorazin, va tibi Bethsaida: nam si Tyri & Sidone edita fuissent virtutes, qua edita sunt apud vos, olim cum facio & cinere respiciant: quinetiam dico vobis, Tyri & Sidonis intolerabili erit conditio in de iudicij, quam vestra.* Ioannis 9. *Si caci esseris, non haberes peccatum: nunc vero dicitis, videmus: itaque peccatum vestrum manet.* Itaque hoc fixum, sed quid ad rem? Non enim solutio hac est, aut esse potest, que idipsum concedat, quod disputatur. Solam fidem viuam iustificare. Itaque hæc plena confessio nostra victoria.

XXX. Reliquæ solutiones essent, si vera. Nam profecto discedunt à nostra thesi. Sed nihil futilius, Enimvero, cur restringunt ad legem ceremoniali: Primo non audent omnes uno fasce colligare: sed solum Ambrosium, & Augustinum, & Theophylactum. Quid reliquos? Nempe hi latius: ac proinde verum etiam de operibus mortalibus, solam fidem iustificare. Quid promotum Sophistæ? Quoniam illud ipsum falsum. Nam commentantes in verba Pauli, tum Ambrosius, tum Theophylactus, quis negat opera legis, eadem, cum Paulo nominaret? At Paulum excludere, non ceremonias tantum, sed etiam opera moralia, suo loco disputatum. Augustinus autem contra duas Epistolæ, negotium habebat contra Pelagianos; quibus de ceremoniis nulla erat disputatio, sed de moribus. Imo hos ipsos antiquos viros, non Augustinus illis obieciet, sed ab eis obiecos, remuebat. Illi autem quomodo obiecerant? Dicimus, inquit, Santos Veteris Testamenti perfecti a hinc iustitia ad eternam transisse vitam, id est, studio virtutis ab omnibus recessisse peccatis: quia vt illi, quos legitimus aliquid peccasse, posseta tamen eos emendasse cognovimus. Audiri perfectam iustitiam audiri recessisse ab omnibus peccatis? Et putas posse hac pertinere ad solas ceremonias? Aut nugatus est igitur Augustinus, aut cum oportet respondisse non de ceremoniis, sed de perfecta illa iustitia, de studio virtutum.

XXXI. Excludunt opera præcedentia. Quid enim inquam opus erat ex-

cludi sequentia? Aut quisquam potest cogitare, hominem iustificari operibus sequentibus iustificationem? Nisi si quis tam stupidus est vt causam concipiat posteriorum suo effectu. Sed audi Ambrosium, iustificati sunt, quia nihil operantes, nec vicem reddentes sola fide iustificati sunt. Quid est, nihil operantes? Nam certe qui post operatur, non ille nihil operatur. Tum autem, quid est, neque vicem reddentes? Nam hoc ergo quidem censed referendum ad opera consequentia. Rursum in Theophylacto legis: *Quia ex fide, non à lege victurus est.* Athæ verba etiam opera consequentia comprehendunt; quia dicta de futuro. Et, ne plura cumulem, quid illud est. *Oecumeni j, ut undi ēt agi orationis lata mītēwē?* Nam præcedentia dicas ne oīzvīs kō potius.

XXXII. Externi operis necessitatem commentus est Bellarminus, inuita Loiolitica Minerua. Vasques audi, ipsum etiam magis nominis Iesuitam, quamvis non Cardinalem, *Non placet quorundam responsum, qui dicunt, Origenem in capite illo tertio ad Romanos solum excludere opera externa: quia re vera excludit etiam interna, que sunt in proprio.* Et res est manifesta. Non nisi à se loquitur, sed Pauli mentem explicat. Inde statim: *Imminet igitur nobis, qui integrum esse Scripturam Apostoli conamus, affere.* Et ordine suo curcta confitare, ut requiramus, quis sine operibus sola fide iustificatus sit. Paulum igitur scriptis dicere, sufficere solius fidei iustificationem. At Paulum nemo haecenus dixit excludere sola externa opera: eorumque necessitatem. Ita Origenes ipse semper indistincte opera nominat, non distincte opera externa. Inde post exempla, *Ex quibus inquit, omnibus claret, quod recte arbitratur Apostolus iustificari hominem per fidem sine operibus legis.* At post paulo, *Iustificatur homo per fidem, cui ad iustificandum nihil conferunt opera.*

XXXIII. Verum, inquit Bellarminus, ponit exemplum peccataricis & latronis, qui non leguntur ieiunasse, aut eleemosynas fecisse antequam iustificantur.

XXXIV. Ita est, inquam. Sed nequitiam disputantis attende. Primum, quis docuit ab exemplis thesin contrahere? Enimvero Paulus, propositam thesin iustificari homines fide, non operibus legis illustrat exemplo Abraham iustificati ante circumcisioem. An propterea concludat Bellarminus thesin intelligi de iis tantum, qui nondum circumcisiti fuerint? Absurde: nam circumcisus & incircensis Paulus eandem iustificationis rationem proponebit. Curnon Origenes omnibus exempla peccataricis & latronis ponit?

XXXV. Secundo, manifesta est Sophistæ prævaricatio. Origenes enim non iis solis duabus vtitur exemplis: sed tertium addit Pharisei, & quartum ipsius Pauli: sed & promiscue eorum, quibus dictum fides tua saluum te fecit. Vnde verba recitat? *Sed & mulier illa, qua in Evangelio secundum Lazarum refertur, quia cum cognovisset quod Iesus recubuit in domo Pharisæi, attulit vas unguenti, & stans retro ad pedes eius, ac flens, lacrymis lauit pedes eius, & capillis capitis sui detergit, & osculabatur, atque unguento. Videntes autem Pharisæus qui eum vocauerat, dixit intra semetipsum, Hic si esset propheta, sciret utique qua & qualis est mulier, qua tangit pedes eius, quia peccatrix est. Iesus autem dixit ad eum parabolam quingentorum vel quinquaginta denariorum: & ex nullo legis opere, sed pro sola fide, ait ad eam, Remittetur tibi peccata tua. Et iterum, fides tua te saluum fecit, vnde in pace.* Sed & in multis Evangelij locis hoc sermone usum legitimus Salvatorem, ut credentis fidem causam dicat esse salutis eius. *Ex quibus omnibus claret, quod recte arbitratur Apostolus, iustificari hominem per fidem sine operibus legis.* Quid diceat Bellarminus? illamne mulierem nullum operis, pœnitentiam nullum edidisse specimen?

XXXVI. Pergit paulo post, *Et ut adhuc manifestius fiat quod dicimus, ex exemplum dabimus ex his, que in Evangelio scripta sunt, vbi ascendit Phariseus & publicanus ad templum Dei: & stans, inquit, Phariseus in medio, dicit: Deus gratias ago tibi, quoniam non sum sicut ceteri homines, raptiores, inlustri, adulteri, sic ut publicanus iste: Ieiuno bis in Sabbatho, do decimas ad omnium quæ possideo, & reliqua. Et hec fortassis vere dixerit, sed secundum Dominis entiam, iactantia morbo corruptus, non descendit iustificatus de templo. Tali ergo gloriatio, quæ veniebat ex operibus legis, quia non habet humilitatem crucis Christi in qua quis gloriabatur, audi quid dicit, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego m' nō. Vides Apostolum non gloriante super iustitiam sua, neq; super castitate, neque super sapientia, neq; super ceteris virtutibus, vel actibus suis: sed apertissime pronunciantes & dicentem, Qui gloriatur in Dominogloriatur. Quid amplius Bellarminus expectet? Peccatrix illa pœnitentiam testabatur. Phariseus multa opera ediderat, non certe Paulus nulla. Et sola opera externa, excludat Origenes & excludat tantum ag'm'n, id est, cum non datur operandi tempus? At omnes sani contra eos sola fide iustificari, qui opera externa ediderunt.*

XXXVII. Excludunt opera sine fide. Quid inquam. Hæcne alia sunt, quam præcedentia iustificationem? Non opinor nam si iustificatur nemus sine fide, quod concedunt aduersarii; ergo in iustificando fidem opörtet in finibus: quare, post iustificationem, opera bona non sunt sine fide. Quum igitur hæc solutiones in vnam recidant, nihil opus est noua confutatio. Et tamen Basilij aperta sunt verba, *Cum non in sua offertur iustitia: sed agnoscat se quidem desitui dñi oris, & lñdñs, vera iustitia: verum, sola in Christum fide iustificari, hæc inquit tñlta kai ólénkarpou kai xóps.* Cuius nam quæ so agnoscit perfectam gloriationem? Eiusne, qui fidem non habet? An potius, qui habet? οὐδὲν δέ τι αἴφεται. Si ergo eius qui fidem habet, perfecta gloriatio est: & hæc gloriatio est agnoscere se vera iustitia care: iustificari autem sola fide: Ergo eius qui fidem habet; ac proinde, qui non sine fide operatur, est agnoscere se, quantumvis operantem ex fide, sola fide iustificari. Falsum ergo, sola excludi opera non ex fide.

XXXVIII. Excludunt legem Mosis. Quo sensu, inquam, Ceremoniale, an et am Moralem? Nam si Ceremoniale: hæc vero solutio iam explosa est. Et manifesto absurdum in Hilario: *Quod lex, inquit laxa renon poterat. Atq; non tantum Ceremonialis: sed ne Moralis quidem laxare poterat. Lex enim, & remissio peccatorum, contradictione opponuntur.* Absurdum in Augustino, *Nam illud, quantumlibet fuisse virtutis antiquos prædictos viros:* primum generaliter omnes complectitur, in quibus multante ceremonias legis institutas: deinde ex mente Pelagianorum inteligen-

ligendum, de quibus obiiciebat: at hi, vel non peccasse antiquos dicebant: vel quæ peccarant emendaſſe: quæ ad iudicem verba pertinent Absurda in Theophylacto, qui Lex, inquit, non solam exigit fidem, sed opera. Opera, inquit, non ceremonias.

XXXIX. An igitur Moralem? Non improbo. Nam Moralem comprehenſit etiam opera facta in fide. Rechte enim Theophylactus, Non solam exigit fidem, sed etiam opera. Viraque ergo. Quare si lex moralis excluditur: etiam opera cum fide facta excluduntur a iustificandi ratione. Admittimus ergo Hilarij mentem esse quam expressit Bellarmine, Ex his duobus, lege videſſet, & fide sola fides vim habet iustificandi. Neque aliam Pauli, neque aliam nostram omnium. Sed tum per legem non significari omne genus bonorum operum: hoc vero neque Hilarius cogitauit, neque Augustinus, neque Theophylactus. Nec nos tam stupidi sumus, vt Bellarmino condonemus.

XL. Initium, siue fundamen tum iustificationis, fidei tribui, concedimus non inuiti: sed Vasqui est inutile. Nam si tota iustificatio eidem tribuitur: Ergo & initium: ergo & fundamen tum. Sed nimur hoc Vasques voluit: nihil praeter initium, praeter fundamen tum. Atqui aperte falsum. Nam Origenes, Sufficere solum fidei iustificationem. Quid? Solane iustitia sufficiunt? Solumne fundamen tum? An potius iustificationis fundamen tum, aliud est ab ipsa iustificatione? Atque ideo quomodo fundamen tum solum non sufficit ad habitandum, sic neque ad iustificandum? Ambrosius, Sicut perfidia criminis fecit: ita fides perfecit innocentem. Quid, perfidiamine Vasques propinabit duntaxat initium, duntaxat fundamen tum criminis, & non plenum crimen? Quid rursus? Perfidie inno centem que Grammatica persuadet, nihil esse nisi initium dare, fundamen tum facere inno centia? Et tam fungos sperarunt nos futuros Sophistæ, vt hac nōgēlōrīa nobis Papistica somnia perſuadenda sint?

XLI. A Bernardo necessitatem excludi Baptismatis, concedo: hæc enim illidisputanda theſis fuit. Sed primum, in Epistola 76. at non sermoni. 21. in Cantica. Deinde, excludi hoc argumento, quod sola fides iustificet: at hoc argumentum sumptum à Paulolatius patet, quam Baptismi neceſſitas.

XLII. A Theophylacto intelligi legem duntaxat extrinsecus sonantem, absurdum est: quia lex significat opera legis: nam & promiscue nominantur à Paulo, atque alii. At hæc, non significant legem tantum extrinsecus sonantem, sed intrinsecus mouentem. Nimur, quia etiæ legē quis amerit, atque inde conetur eam obſeruare: tamen inde iustificari nequeat; scilicet quia non possit impleri.

XLIII. Excludi alias ſectas, præter Christianam, nimis perfunditorie dictum Salmeroni. Quis enim noſtrorum teſtium ita explicari potest? Scio proferri Leonem primum à Bellarmino epift. 70. Sola fides Catholica viuifi cat, & sanctificat. Serm. 4. de Epiphania: Hoc est quod iustificat impium, hoc est quod è peccatoribus facit sanctos, ſi in uno, eodemque Domino Iesu Christo, & vera Deitas, & vera crediſtur humanitas. Verum, hæc teſtimonia, neque Salmero indicavit, neque ipſe Bellarmine habuit nobis: ſed a ſe cōtra ſe contulit: quod ipſe profeſſus eft. Nam cum reliqua recitaturus diferte prafat, Proferunt Originem: proferunt ex Hilario: proferunt ex Basilio. At hic, adduci potest, inquit, Leo. Magnam ſcīcitat à nobis initurus gratiam, qui noua arma ſufficeret. At nos ſcīcimur, & non eſſe adwēgēdēq̄a.

C A P. VI.

Argumenta Papistarum ab absurdo.

I. Actenus argumen ta noſtra. Nunc Papistica: in quibus primus locus eſto iis quæ ab absurdo.

II. Primum absurdum. Scultingij. Si hoc dogma verum, quid ſtultius aut miseriſius iis, quos tamen Apoſtoli veluti digniores effert, quam quos mundus caperet, qui egentes, anguſtiati, afflitti, vexati, in ſolitudinibus errarunt, ſpeluncis, & cauernis terra absconditi. Et potest hoc argumentum, inquit, late in ſpecie amplificari.

III. At illa, inquam, consequentiam nullo loco habet, desperationis argumentum magno. Id enim Sophisticum eſt artificium, ut quæ probari nequeant, ea pro certis ac perſpicuis ponant. At nos, ut probationem ſuſque deque habere, importune Sophisticum: ſi hanc consequentiam necesse eiūs eſſe, qui ἀπεις χριστον φαμι. Nella, inquam, ratio eſt quæ ex eo, quod non fides iustificet, concludat: ergo ſtultos eſſe, eos viros iustos qui laudantur ab Apoſtoli, ex operibus magnificis. Contra verum eſt, ac certum: nullos verius certius iustificatos ex ſola fide, quam eiusmodi viros. Quod adeo eſt extra dubium, vt in iis Abrahamum nec poſtremo loco, & multo pluriſib⁹ verbiſ laudatum, Paulus in argumentum protulerit ſolius fidei iustificantis. Nimur, rechte Auguſtinus, opera non präcedere iustificandum, ſed ſequi iustificatum.

IV. Secundum absurdum eiudem. Sequitur alterum è duobus: Aut omnes Sanctos fuſſe impios, aut hoc nouitium dogma plane eſſe impium. Fuſſe impios probat, quia non fuerint contenti diuina, quæ per ſolam fidem eſt, iustitia, ſed voluerint etiam ſuam humanam adiungere, alios videlicet Deos Christo; & per illam ſe ſperauerunt Deo magis placere.

V. Respondeo: non eſſe neceſſariam disparationem, & dari poſſe tertium membrum, ſcīcitet, aur Scultingium eſſe ineptum imperitum absurdum Sophistam: cui quid loquatur nihil ſit penſi: quid afferat, negetve, nihil meditati. Nam profeſſo, ſi veram ſit, ſola fide iustificari hominem, non ſequitur tamen, iustos illos viros, fuſſe impios: ſed ſibi id finxit ingenium, cui nulla monſtra non facile finguntur. Cur enim impios? Quia non fuerint contenti diuina iustitia per ſolam fidem. Hoc vero unde habuit nugator? Imo Paulus, qui contenta voce, Abſit mihi gloriari, niſi in cruce Domini, qui nolebat ſuam iustitiam oſtentare, ſed iustitiam Dei: idem tamen ſubigebat corpus ſuum, ne reprobus intenſeretur. Nempe Paulo non erat monſtroſum iudicium, ut Scultingio, ut imaginaretur, quicunque bona opera exerceat, eum non eſſe contentum

iustitia diuina per ſolam fidem: & ſperare, ſe per opera magis plaſitum Deo.

VI. Tertium absurdum eiudem. Ex hoc dogmate, ſequitur occasio per ditissimæ vitæ inter homines, vt viuant etiam peccatis mortalibus, & nihilominus ſaluentur. At contra docent ſacræ literæ: pto. ad Corinth. 6. ad Gal. 5. & alias ſæpe.

VII. Negatur ſequi. Ermirum, poſſe hoc Papistas animo hodie concipere: quod Apoſtoli Paulus tam potenter confutauit olim. Ad Romanos sexto: Quid igitur dicemus? permanebimus in peccatis, ut gratia auctor fiat? Abſit. Ocumenius: ēteidnā ἡστέρας ἐμάρτυρις, ὑπερ τοῦ ἀποστολοῦ ἡγεμόνος, οὐ τὸν τοῦ ἀπολογητὴν προτοτάτου ἀπολογητὴν αὐτοῦ. Mz. ſpōto ὅπερι τῷ ἀπολογητῷ πρὸς τὸν ἀπολογητὴν λέγει: Quia ſupra dixerat, vbi abundauit peccatum, abundauit gratia: ne quibus fidam non ſana mentis, ea videretur eſſe adhortatio ad peccatum, refutat dicens, Abſit: quod de iis vſurpari ſoleat, quia in confefſo eſt, eſſe abſurda. Gratiam abundare, vbi peccatum abundauit, id significat iustificari ex ſola fide: non enim ex operibus gratia, ſed ex fide, ipſo diſputante Apoſtolo. Ergo illi concludebant, ſi ex fide iustificam ſola: ſequitur, permanentum eſſe in peccatis. Quæ eſt conſequentia illa ipſa, quam Scultingius vrget. Verum, qui ita concludebant, erant, Ocumenio teſte, ἀντονοι. Quis ergo ſanum Scultingium dixerit? Et ipſam conſequentiam, ὁ μολὼν φύρως ἀποτονει. Nihil habet ergo, quo nos moueat: magis quam lunam catulorum histratus mouent.

VIII. Quartum absurdum, Vasquis, capite terrio. Si ſola fide peculiari, aut fiducia, iustificaremur aut tanquam forma, aut tanquam instrumento, & manu apprehendente Dei miterioriam erga nos, & Dei aut Chriſti ſanctitatem noſtri applicante: ſequeretur, homicidas fornicarios, adulteros & masculorum concubidores, regnum Dei obtenturos. Ratio conſequentia, quia ſimul cum illa fide, qua quis habet perſuafum, peccata quæ fecerit, ſibi non eſſe imputanda, potest multa committere: ac proinde vere fornicarius, & adulteret regnum Dei poſſidebit.

IX. Respondeo, dupliciter dici homicidas, fornicarios, cæteros, regnum Dei obtenturos: nimur in ſenſu vel diuino, vel composito. In diuino, ſignificari eos, qui aliquid fuerunt homicidae, & fornicarii, mutatos in melius, obtenturos regnum. In composito vero, eos qui peruerterent homicidae, fornicarii, idem regnum aſſequentur. Enimero in ſenſu diuino, concedimus legitimam eſſe conſequentiam, negamus, in conſequente eſſe quicquam absurdum. Contra vero, qui hoc conſequens neget, vniuersam tollere piaſedationem Euangeli. Christus ſane pronuntiauit, Matth. nono: Non veni vocatum iustos, ſed peccatores. Et Paulus, prior ad Timoth. primo, Qui prius eram blaſphemus & perſequitor, & iniuriosus: misericordiam Dei conſequitur ſum. Breueri: qui à Paulo audiuerit tēs ad diu in tē xōtou, 2. ad Ephesiſ, factos eſſe propinquos per ſanguinem Christi: quod genus ille peccatorum exceperit: Deniq; Matth. 21. Publicani & meretrices piaſent in regnum Dei.

X. In ſenſu composito, agnoscimus vehementiſſime absurdum: & contra diſerta Pauli verba prio. ad Corinth. 6. Ne errate, neque ſcoriatores, neque idololatri, neque moxib, neque molles, neque qui concumbunt cum maſculis, neque fures, neque auari, neque rapaces regni Dei hereditatem poſſidebunt. Anathema, qui cuncte contra doceat. Verum in conſequentiā, maniſta eſt absurditas: eadem que in ſophiſtate piaſedent. Abſit, aiebat Paulus: nā qui mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuenimus in eō? Nemo mortuus peccato vivit peccato. At, qui cuncti ſola fide iustificantur, mortui ſunt peccato. Ergo nemo, qui ſola fide iustificantur, viuit peccato. Perge. Nemo viuens peccato, ſola fide iustificantur. At cuncte regnum Dei poſſidebunt, ſola fide iustificantur Ergo nemo qui ſola fide iustificantur, viuit in peccato. Perſice. Nemo qui ſola fide iustificantur, viuit in peccato. At cuncte ſola fide iustificantur, poſſidebit regnum cœlorum. Ergo nemo qui viuit in peccato, poſſidebit regnum cœlorum.

XI. At, qui ſibi periuiaſt non imputanda peccata, potest multa ſimul committere. Fœda impoſtura. Nam primo, aliud eſt, ſibi periuiaſt non imputari peccata, aliud iustificari ſola fide. Potest enim ſibi quis periuere, ſine fide: ſed potius ex perfidia: quomodo Nicolaita negabant ſibi imputatum iti vitam obſcenissimam: qui tamen nulli iustificantur. At nos de iustificatione agimus per fidem. Secundo, aliud eſt, peccata committere, aliud, viuere peccato. Enimero, certum eſt, eum ipsum, qui certus eſt ſibi non iti imputatum peccata, poſſe peccatum committere. Sed viuere peccato, falſiſſimum. Nimur, quia is recessus fit per penitentiam ab eo ipſo peccato, quod tum admittit piaſedatione. Ut Petrus, qui quantum uis fidelis, & ne tum quidem amilla fide, negauit magiſtrum. Dicam vñterius: etiam fieri vt ne recedat à peccato, puta incognito: & tamen veniam obtineat, ideoque poſſideat tandem regnum cœlorum. Inde Psal. 9. Delicta quis intelligit? Ab occulis meis munda me.

XII. Quintum absurdum, Vasquis. Si per fidem ipſam remittuntur peccata: ſequitur, hac fide nos potius credere debere remittenda eſſe peccata, quam remiſſa. Probatur conſequentia: exemplo: vt qui exiſtimaret, fidem eſſe cauſam sanitatis corporalis, certe, vt fanaretur, credere potius deberet ſe fanandum, quam ſanum eſſe: ſi enim quis certo credit ſe eſſe ſanum, ante ipſam fidem ſupponit ſe eſſe ſanum.

XIII. Respondeo, Per fidem remitti peccata, non tanquam efficientem: ſed tanquam instrumentum accipiendi id quod offertur: ſue, vt alias diuinus, tanquam per manum. Itaque negari conſequentiam. Sic enim optime, & remiſſa iam creduntur, & remittenda. Remiſſa ſcīcitet, in voluntate diuina, qui non ex piaſedatione, vt amemus ſe, ſed amet ipſe prior; & remittit peccata. Itaque propria eſt loquendi ratio, vt credantur remiſſa: ſed credantur tamen remittere, da, per piaſedatione nimur, quatenus remiſſionis plenus effectus ex piaſedatione: nimur liberatio à miteria. Hoc igitur modo nihil eſt absurdum, credere remittenda: atque adeo ne ipſe quidem Vasquis aſſus eſt absurdum dicere.

XIV. Sed non poſſe credi remiſſa, quid obſtat? Nam exemplum ſanitatis corporæ alienum eſt: ſupponit enim aliud fundamentum, ſcīcitet, fidem eſſe cauſam sanitatis corporalis. At nos negauimus fidem eſſe cauſam remiſſionis ſpiritualis. Itaque etiam dicitur, vt fanetur credere debe-

debere se sanandum. At nos non ita, ut remittantur peccata credi debere: sed potius, remitti sive etiam remissa esse peccata. Hinc Matth. 9. Confide filii: *Si quid est, remissa sunt tibi peccata tua: quanquam vulgatus interpres, maluerit tempus praecens, remittuntur tibi.*

XV. Absurdum sextum, Bunderij. Si sola fides iustificat, igitur per aliquius sacramenti susceptionem homo nunquam iustificatur, & petit omnis virtus sacramentorum. Poenitentia, ieunium, oratio, elemosyna, & reliqua huiusmodi, nullius sunt momenta. Eodem pertinet Klingius. Si prima illa imputativa iustitia, scilicet fidei, sufficeret: cur Deus infundit nobis caritatem? cur donat spiritum sanctum, cum fructibus suis, in baptismo? cur exigit a nobis obedientiam praceptorum suorum? cur ieunium, orationem, elemosynam perfauderet, & promittit mercedem?

XVI. Respondeo, de sacramentis leorū: haec iustificare suo modo, id est sacramentaliter: quod quid sit, docuit Paulus in circuncisione: *Nimirum esse operas tuae non merita nostra sed misericordia nostra.* Quare negatur consequentia. Nam qui docuit Abraham sola fide fuisse iustificatum, idem docuit eundem accepisse sigillum eius iustificationis circuncisionem. Qui minus Christianos, baptismum. Imo nos constanter. Si sacramenta iustificant, ergo sola fide constare iustificationem. Et si sola fide constet iustificatio, ergo sacramenta iustificant. Nimirum, si id non esset, ne ipsa quidem sacramenta essent *operas tuae non merita nostra sed misericordia nostra.*

XVII. Sed si sola fides iustificet, ergo nullius momenti poenitentia, oratio ieunium, reliqua. Haec vero consequentia precipitatur, non inducitur. Quia quis diceret: Sola lux solis illuminat: Ergo nihil agit calor. Sola aqua rigat arbores: Ergo nihil agit solum. Soli pulmones spirant: ergo frustra data sunt reliqua viscera. Nimirum inquam frusta sunt poenitentia, ieunium, oratio, reliqua, si praeter solam iustificationem: nullae sunt partes Christianae religionis. At nos etiam sanctificationem agnoscimus: & ad hanc illa esse utilia, imo necessaria. Magni igitur momenti: quicquid Sophistis blateretur.

XVIII. Septimum absurdum, Salmeronis, ad Galatas disputat. Si fides est tota iustitia Christiana; cum Christus fide caruerit; aut non esset iustus: aut certe alia ratione nos esse mus iusti, atque ille: nam nos fide, ille xero caritate, aut alia re esset iustus. At hoc fallum: quia scriptum, prima lo. 1. *Qui facit iustitiam, iustus est: sicut & ille iustus est.*

XIX. Respondeo: primo, a nobis non dici, vnicam fidem esse iustitiam Christianam totam. Duplicem ob causam. Priorem, quia ita iustitia comprehendat triam sanctificationem, cuius fides est pars duntaxat: haec autem non debet, nec potest reliquias excludere. Itaque diligenter distincta fuit iustitia imputata, & inhærens. Et cum de sola fide agitur, protestatus sumus, agi de imputata duntazat, cui nos iustificationis nomen *et super reliquias.* Alteram, quia neque fidem ipsam dicamus esse iustitiam nostram, sed tantum imputari in iustitiam: nam alioquin iustitiam nostram esse ipsam illam Christi iustitiam, qua nobis applicetur, id est, nostia sit per fidem, qua apprehenditur.

XX. Itaque ad argumenti partes dico, primum, non sequi, Christum non esse iustum, et si verum sit, non esse iustum per fidem. Non enim dixit quisquam sanus, Solam fidem esse totam iustitiam, sed imputari nobis ad iustitiam nobis inquam, non Christo. Etenim hoc modo iustificatur impius: at Christus nunquam impius. Hoc modo imputatur aliena iustitia: at Christo nulla potest aliena imputari.

XXI. Secundo igitur dico sequi, aliter Christum esse iustum, aliter nos. Non potest enim fieri, ut eadem sit imputata iustitia, & inhærens, sive originalis. Est autem Christi inhærens, & originalis: nostra imputata: uno verbo, Christus iustus per naturam: nos iusti per gratiam. Ille nulli peccato affinis: nos non nisi per remissionem peccatorum. Denique ipse Iohannes eodem c. *Scitis illum patet factum esse, ut peccata nostra tolleret: & peccatum in eo non esse.*

XXII. Nec contradicit, cum iustum pronunciat, qui iustitiam faciat, sicut Christus iustus est. Non enim nos ille iustos pronuntiat; sed definitionem ostendit iustitia actualis. Nempe ita est, iustitiam actuali, sive inhaerentem in eo consistere, ut iustitiam faciat, qui si iustum est: quod exemplo Christi fit luculentissimum. Sed aut facere nos iustitiam, aut esse inhaerenter iustos, non dixit Iohannes: sed innuit tantum deberet esse iustos inhaerenter: quod nemo sanus oppugnat. Itaque sensus est: teneri omnes homines iustitiam exercere ipsis actibus, non tantum profiteri verbo, quod multi hypocrita faciunt. Sed hoc nihil contra iustificationem ex sola fide.

C A P . VII.

Solus fidei iustificationem nihil habere commune cum veteribus hereticis.

I. Hactenus absurdum. Nunc alia exsequar argumenta. In quibus hoc primum & solenne, ab antiquo præiudicio, quo iam pridem damnatum ex sola fide iustificationem contendunt: quod quidem à Bellarmino, mirror omnium. At non designati sunt Vasques, Feuardentius, Bunderius, Hosius, Alfonius de Castro, alij.

II. Antiqua, inquit Vasques, in Ecclesia Dei heresis fuit, fidem solam sine operibus sufficere ad iustificationem, & salutem æternam. Primum tempore Apostolorum, ex quibusdam sententiis Pauli sinistre intellectis, aliqui dixerunt sola fide sine ulla operibus homines iustificari, hoc est ex eo solum quod credant mysteria fidei nostræ, etiamsi ex hac fide legem non obseruent, & opera non habeant. Et Petrum, Iohannem, Iacobum, Iudam in suis Epistolis, eo præsertim spectare, ut hanc heresin conuallant. Testem citant Augustinum libri de fide & operibus c. 14,

III. Eius heresis fuisse Valentinius, afferentem, eis qui suam doctrinam sequerentur, non esse necessaria opera: sed sola eius fide saluos fore, testib. Irenæo lib. 1. c. 1. Epiphanius lib. 1. contra heres c. 22. Post Valentinius, Eunomium, Aetium teste Augustino de heresib. c. 54. Feuardentius etiam Simonem Magum,

IV. Respondeo: nunquam factum, ut pro hæresi damnaretur in Ecclesia, quod nos docemus de iustificatione ex sola fide. Duntaxat his postremis, iisque nequissimis temporibus in Tridentino Conciliabulo, in quo si Christus ipse striveret, damnatus fuisset, & que ac damnata est penitus viuenda eius doctrina; cumque vñica fuit norma Canonum condendorum, impotensissima tyrannis Antichristi, qui suis asseculis solitus erat in pera transmittere spiritum sanctum, ut facete in proverbiū abiit curusdam etiam Papistæ, tamen præsentis cum res gererentur, dicterum. Hoc igitur argumentum, præter insignem calumniam, & ignorantiam, nihil habet.

V. Nam, ut de Iacobo primum dicam, nego de vera fide institutam ei disputationem quam fidem nos virginis perpetuo: sed hypocriticam fidei iactantiam; sive papisticam fidem: quæ nihil habet fidei, præter verba & voces. Itaque Iacobus statim in initio questionis: *Qua utilitas fratres meis fidem dicit aliquis habere se, opera vero non habeat.* Cautio. Si dicat habere fidem, non si habeat fidem. Itaque post: *Fides si opera non habeat, mortua est.* Nam & Paulus dixerat prior ad Corinth. 4. *Non in verbis sicutum est regnum Dei sed in virtute.* Quare status questionis Iacobo fuit: *vtrum fides quæ consistit in sermone, non in virtute, iustificet.* Et negando respondit, *At Paulo nobis que post Paulum: Vtrum fides, quæ consistit in virtute, non in sermone tantum iustificet sola;* & responder Paulus, respondemus nos affirmando.

VI. Mentias si non consentiant Veteres. Augustinus ipse, quem illi retinem citant, capite decimo quarto de fide & operibus: *Quare iam illud videamus, quod excutendum est à cordibus religiosis, ne mala secutis te salutem suam perdant, sed eam obtinendam sufficere Solam fidem parauerint: bene autem vivere, & bonis operibus viam Dei tenere neglexerint.* Nam etiam temporibus Apostolorum, non intellectis quibusdam subobscuri sententiis Apostoli Pauli, hoc eum quidam arbitrii sunt dicere. *Faciamus mala, ut veniant bona:* quia dixerat, *Lex subintravit ut abundaret delictum: ubi autem abundauit delictum, superabundauit gratia.* Quod ideo verum est, quia legem accipientes homines, qui de suis virtutibus superbissime presumebant, nec diuinum adiutorium vincendarum malarum concupiscentiarum recta fidei impetrantes, pluribus gravioribusque delictis etiam lege prævaricata oneratis sunt. Ac sic magno reatu cogente confugerunt ad fidem, quam misericordiam indulgentia mererentur, & auxilium à Domino qui fecit cælum & terram: ut diffusa per Spiritum sanctum caritate in cordibus suis, cum dilectione agerent, quæ contra secuti huic concupiscentias tuberentur: secundum id quod predictum fuerat in Psalmo, *Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.* Cum ergo diebat Apostolus, arbitrii sunt iustificari hominem per fidem sine operibus legi: non hoc agit, ut, præcepta ac professio fidei opera iustitiae contemnatur, sed ut sciatur quisque per fidem posse iustificari, et iam si legis opera non præcesserint. Sequuntur enim iustificatum, non præcedunt iustificandum. Et post paulo: *Quoniam ergo hec opinio tunc fuerat exorta alia Apostolica Epistola Petri, Ioannis, Iacobi, Iude, contra eam maxime, dirigunt intentionem, ut vehementer adstruant, fidem sine operibus nihil proficeret: sicut etiam Paulus, non quamlibet fidem, quia in Deum creditur, sed eam salubrem planeque Evangelicam definivit, cuius opera ex dilectione procedunt.* Ad extreum: *Dicit etiam, quia fides sine operibus mortua est.* Quoniam igitur falluntur, quis fide moribus sibi vitam perpetuam pollicentur? Adde ex questione leptuagesima sexta, in octoginta tribus questionibus: *Quoniam Paulus Apostolus, prædicans iustificari hominem per fidem sine operibus, non bene intellectus est ab eis, qui sic acceperunt dictum, ut putarent, cum semel in Christum credidissent: etiam si male operarentur, & facinorose, flagitiose vel viuerent, salvo se esse posse per fidem: locus iste huius epistole eundem sensum Pauli Apostoli, quomodo sit intelligendus, exponit.* Ideoque magis Abraham vitium exemplo, vacuanam esse fidem, si non bene operetur, quoniam Abraham exemplo etiam Paulus Apostolus usus est, ut probaret iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Cum enim bona opera commemorat Abraham, que eius fidem comitata sunt, satis ostendit Paulum Apostolum non ita per Abraham docere iustificari hominem per fidem sine operibus, ut si quis eridderit, non adest in perteane bene operari: sed ad hoc potius, ut nemo meritis priorum bonorum operum, arbitretur se peruenisse ad domum iustificationis, quæ est in fide.

VII. Mirum, si quicquam sit obscuri. Dixerat Paulus, iustificationem constare ex fide sine operibus legis. Ergo inquietantij, quos refutabat Iacobus, Nihil est necesse, qui fidem profitentur, bene vivere: aut operibus bonis intentos esse. Itaque de vita post iustificationem iustipenda concludebant: non de ipsa iustificatione. At nos contra de iustificatione ipsa disputamus, non de instituenda post iustificationem vita: neque nos quisquam audiuit concludentes, Christianam vitam constare ex sola fide sine ulla operibus. Quis ergo negat longissimo nos spatio distare, ab iis Iacobus oppugnat? Nos inquam, illud persuassimum Augustini, non tantum opera legis sequi iustificatum, quod legas in De fide & operibus, sed etiam, quod in hac 76. questione, *Iustificatus per fidem non potest nisi iuste deinceps operari.* Atque id primo omnium notandum fuit.

VII. Iam vero quomodo illi confutantur? Nam hoc necessario postulat ratiocinandi disciplina, vel antecedens negetur, vel consequentia impugnetur. Antecedens negari, non patiebatur Apostolica autoritas. Neque enim Pauli doctrinam poterat Iacobus labefactare. Reliquum igitur unum erat, ut consequentia absurdum. Sed cum absurditas fuit ostendenda *Quomodo factum?* Nimirum distinctione fidei. Ut alia sit viua alia, mortua. Retponsio est igitur. De fide mortua, consequentia conceditur, sed negatur antecedens: hæc enim non iustificat: neque ita assertum à Paulo: qui describit fidem, non quamlibet, ait Augustinus, sed salubrem, planeque Evangelicam, cuius opera ex dilectione procedunt. De fide autem viua: conceditur antecedens, sed negatur consequentia, Nimirum, quia fides sine operibus non viua est; non salubris, non Evangelica, sed vacua, sed mortua, sed Diabolica.

IX. Sed enim, quid me oportet in Augustino prolixorem esse: cum habeam ipsos adulterarios profitentes? Salmeronis verba sunt in eum Iacobi locum: *Accedit ad confutandum eorum errorē, qui inani tantum fidei vocabu-*

lo gloriantur, & Christianam libertatem suorum peccatorum velamentum faciunt: & sibi, & mundo: non autem Christo vivunt, ut canes redentes ad vomitum. Ipse Vasques, Aliqui dixerunt sola fide sine ullis operibus homines iustificari, hoc est, ex eo solum, quod credant mysteria fidei (en tibi fidem historiam) eos iustificari, & salvari, etiamsi ex hac fide legem non obseruent, & opera non habeant. Hic ergo status fuit eius tum questionis, cui si quid simile nobis impingi queat, nihil est quo negemus, non eodem iudicio damnari: sed si alia longe alia nobis & mens est, & oratio; immanis est aduersiorum nostrorum oculos parta.

X. Restant alij hæretici, in quibus Simoniani primi: & Valentiniiani, indicante Irenæo libri primi capite primo & vigesimo, vbi etiam tale quid annotauit Feuardentius. Quid autem ergo Irenæus? Capite primo. Quapropter & nobis quidem necessariam esse bonam conuersationem respondent: aliter enim impossibile esse saluari: sententios autem, non per operationem, sed eo quod sunt naturaliter spiritalis, omnino saluari dicunt. Quemadmodum enim Choicum impossibile est salutem percipere: non enim esse illum capacem salutis dicunt: sic iterum quod Spirituale (quod semet ipsos esse volunt) impossibile esse corruptelam percipere, licet in quibuscumque fuerint factis. Quemadmodum enim aurum in coenō depositum non admittit decorum suum, sed suam naturam custodit, cum coenū nihil nocere auro possit: sic & semetipsos dicunt, licet in quibuscumque materialibus operibus sint, nihil semel ipsis noceri, neque admittitere spiritualem substantiam. Hæc vero quid ad rem? Nam primo negant opera esse ad salutem necessaria. Nos vero non simpliciter: sed necessitatem distinguimus causalitatis, & existentia: hanc omnino firmamus, nimirum, ut agnoscamus qui velit esse saluus, eum necessario teneri studere bonis operibus: illam solam negamus: nempe, quantum opera bona obruduntur pro causa salutis. At hæretici, de quib. Irenæus, existentia necessitatem profligabant; qui se negabant corruptelæ capaces: licet in quibuscumque factis.

XI. Secundo, duos constituebat ordines, alios Spirituales, alios Chicos. Illos omnino saluandos: hos impossibile esse salutem percipere. Quanquam Epiphanins auget numerum hærefi trigesima prima Tercia ergo ēt̄z̄ m̄lēt̄z̄ k̄l̄d̄t̄z̄ t̄n̄c̄ d̄ d̄r̄p̄w̄n̄, p̄n̄v̄m̄s̄t̄p̄k̄z̄, ψ̄x̄h̄k̄z̄, t̄p̄x̄k̄z̄. Tōj̄ ēt̄z̄m̄ t̄d̄ p̄n̄v̄m̄s̄t̄p̄k̄z̄, ēt̄z̄s̄t̄s̄ l̄ḡȳs̄, ἀ̄t̄z̄d̄ k̄z̄ ȳw̄s̄t̄s̄, k̄z̄ ūt̄t̄ k̄z̄p̄t̄s̄ t̄d̄ īd̄ēōp̄z̄, ἦ̄ m̄ōīs̄ t̄s̄ ḡl̄w̄s̄, k̄z̄ t̄t̄ īp̄f̄p̄m̄s̄t̄s̄ t̄d̄ āt̄w̄ r̄ūs̄t̄p̄īs̄. p̄n̄. ἡ̄t̄īz̄t̄w̄s̄t̄s̄ ād̄ēs̄ ēt̄z̄s̄ āt̄w̄, k̄z̄ ūd̄ēp̄ īp̄f̄ōp̄k̄z̄ īz̄n̄t̄ās̄z̄, ἡ̄t̄f̄ās̄t̄d̄h̄ōs̄, p̄n̄v̄m̄s̄t̄p̄k̄z̄ t̄n̄t̄ āt̄w̄. ēt̄z̄m̄ t̄d̄ j̄ēn̄ēḡ ēt̄z̄m̄ t̄d̄ āt̄p̄t̄w̄ c̄ īp̄t̄p̄r̄, ἡ̄t̄ēψ̄x̄h̄k̄z̄, k̄z̄āt̄s̄, ἀ̄f̄ īūt̄t̄ s̄w̄z̄d̄ m̄d̄ ās̄d̄r̄, ēīm̄t̄c̄ īs̄ k̄z̄p̄t̄s̄ k̄z̄ īs̄k̄z̄p̄t̄s̄z̄, ēt̄z̄d̄ āt̄s̄t̄s̄. Tōj̄ ēt̄z̄m̄ ēt̄z̄m̄ t̄d̄ c̄ īs̄ k̄z̄p̄t̄s̄, ūt̄z̄ d̄w̄ād̄ k̄z̄āt̄t̄ s̄t̄w̄ȳs̄t̄s̄ īf̄s̄, ūt̄z̄ d̄ēx̄s̄ ēt̄z̄t̄s̄ k̄z̄, d̄īl̄ōs̄ ō c̄m̄ t̄t̄s̄ t̄s̄ ēt̄z̄m̄s̄t̄s̄ ēt̄z̄w̄d̄p̄s̄ āp̄d̄l̄ūāt̄ ēt̄z̄p̄t̄s̄. T̄s̄ēf̄ d̄īl̄ī n̄t̄ h̄ōm̄īn̄īm̄, s̄p̄īt̄t̄īl̄ūm̄, ān̄īl̄ūm̄, c̄ār̄n̄āl̄ūm̄. Ordinem s̄p̄īt̄t̄īl̄ūm̄ sēp̄s̄ dicunt: veluti Gnosticos: ac neque labore indigentes, sed solum cognitione, suorumque sacrorum nominibus. Caterum facere quenque audacter quidlibet, neque ullius animus esse. Omnino enim seruatum iri suum ordinem, cum sit s̄p̄īt̄t̄īl̄ūm̄. Alterum autem hominum, qui in mundo sunt, ordinem, quem animalem vocant, a se ipso saluari non posse, nisi se labore, iustisq; operibus ad damnationem resuscitari. Ast materialem ordinem eorum qui in mundo, neque capacem esse posse cognitionis, neque eam capere et si velit, quicunque ab eo sit ordine: quin perire tum corpore, tunc anima. Hactenus Epiphanius Veruntamen his, sive tres sint ordines sive duo, tam certum salutem damnationem, non gratia non iudicio adscribit, ac proinde nec fidei salutem. Nos quid similes? qui homines omnes aequo excepto mediator peccatores per naturam, non illam a creatione, sed secundariam a corruptione, nulla sua industria preparatos, sed sola gratia mutatos seruari docemur.

XII. Hinc tertium; non tantum non operari necessaria esse: sed ne fidei quidem iustificationem tribui. Nam quomodo fidei, si naturae, si naturali industria? Si tantum in genitivis, tunc et ratiocinio ipsius in ipsius nominis:

XIII. De Simone idem Iraeneus capite vigesimo. Prophetas autem mundi fabricatoribus Angelis inspiratos dixisse prophetias : quapropter nec diuersi curarent eos, hi qui in eum & in Selenem eius spem habeant : & ut liberos agere que velint : secundum enim ipsius gratiam saluari homines sed non securitatem operaristas. Nec enim esse naturaliter operationes iustas, sed ex accidenti, quemadmodum posuerunt, qui mundum fecerunt Angeli, per huiusmodi precepta inservitatem deducentes homines. Haec rursus, quid ad thesim inquam ? Nam & opera negantur necessaria ex infami principio : quod non sint perse bona mala : sed duntaxat ex precepto, atque, vtrita dicaro, tyrannide, non Dei, sed Angelorum à quibus Simon hingebat mundum esse creatum. Etenim, τον ἄνθρωπον θεός αὐτὸς ἀπεστέλλει δυνάμεις ἐφαυτεῖ μηδὲ προφήτης οὐδὲ ἀπόστολος θεός εἰπειχειν, αὐτὸν εἴπεις καὶ εἶπες διωκειν. Neque enim legem esse Dei, sed sinistra potestatis dicebat : neque Prophetas à bono Deo esse, sed alius potentia : inquit Epiphanius. Quæ vero tam effrons est impudentia, vt nobis simile affingat quicquam. Deinde, non ille fidem veram statuebat, sed in se, & Selenem. Et nobis tale quicquam Feuardentius imponat? Non alienum id quidem à cucullo Frāscano. Sed sufficit dum alienum à nostris moribus,

XIV. De Eunomio & Actio, Augustinus, Fertur usque adeo frusse bonis moribus inimicus, ut asseneraret, quod nihil cuique obeset quorumlibet perpetratio, ac perseverantia peccatorum, si huius, que ab illo docebatur fidei partice sefet. Haccine similia nostra? Longe similiora Papisticis nugis, qui suam fidem, quaatumuis Catholicam, quantumuis Christianam, pertinaciter contendunt separari posse ab operibus bonis. Nos vero qui negamus, quo iure affines tanto criminis? Redimus ad illud, non esse eam fidem iustificantem sed larvam.

C A P. VIII.

Sitne fides præparatio ad iustificationem.

I. Ellarminus quinque pugnat argumentis præcipuis', ita enim appellat: Primum a præparationibus, quibus & Scripturæ, & Patres vim tribuunt iustificandi. Sunt autem eæ, non sola fides, sed etiam aliae virtutes, quas concilium Tridentinum enumerat. Sed hoc argumentum placet in duo secare: primum de fide: tum de aliis virtutibus: non enim commode, me iudice, in unum compingas. Quanquam hoc quicquid est, magis ad *reis orationes* pertinet, quam ad ullum rei momentum.

II. Sic igitur. Nulla præparatio ad iustitiam, sola iustificat. At fides est præparatio ad iustitiam. Ergo fides sola non iustificat. Verba Bellarmini, *Probauimus fidem non tam iustificare, quam iustificare, ut initium, & radicem primam iustificationis: hinc enim sequitur, non ipsam solam iustificare, sed sic eam agere in hoc negotio, quod suum est: ut etiam ceteris virtutibus locum relinquit.*

III. Respondeo : primo, in maiore manifestam esse φλωρίαν. Quia præparatio ad iustitiam non tantum sola , sed ne omnino quidem iustificat. Quis enim nescit longe esse aliud præparare, quam efficere? Illius enim effectum est dispositio, qua ipsa est potentia: at huius finis, actus. Itaque, quantum actus differt a potentia : tantum præparatio iustificationis a iustificatione. Sic Matthæi vndeclimo, Ecce ego mitto nuntium meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam coram te. Præparabat ille viam Christo, non Christum adducebat. Ioannis decimo quarto, Cum præparauero vobis locum, rursum veniam , & assumam vos ad me ipsum. Vbi manifestum, aliud esse præparare locum, aliud assumere, quia post præparationem alter aduentus: post alterum aduentum assumptio. Ad Romanos nono, Vnde misericordia qua præparauit ad gloriam : præparauit, non induxit: præparauit ad gloriam, nondum glorificauit. Prioris ad Corinthios secundo, Qua præparauit Deus iis qui ipsum diligunt , Præparauit scilicet, tuo tempore concedendam. Nec vero in re perspicua opus est testes multiplicare. Debuit ergo maior ita concipi : Nulla præparatio ad iustitiam iustificat, vt ne infantilis nugamenti rea esset. Nam quis non rideat dicentem, solum matrimonium non efficere consulem. Nam matrimonium præparat quidem consulem, quia generat: sed non facit tamen , quia tantum præparat eum, quem suffragia post efficiant.

IV. Hinc minoris falsitas evincitur. Nam ex Scripturis constat, item ex Patribus, fidem iustificare. At si nulla præparatio ad iustificationem, iustificat: & fides iustificat, necesse est, fidem non esse præparationem ad iustificationem. Quod quidem tanto certius, quanto significantius, Vasques non ratione tantum, sed tempore vult dispositionem præire. Verba sunt ex cap. secundo, *Sola non sufficit, ut prævia dispositio, que tempore præcedit iustificationem.* Enim uero iustificari est iustum constitui, teste ipso Bellarmino, ut notauimus cap. secundo libri præcedentis. Nam et si hoc ille male intelligat de iustitia inhærente, tamen ipsum axioma verum est, si distinguitur tantum id quod esse potest, ab eo quod fit.

V. Minorem tamen probat Bellarminus', Scripturi, ratione, testibus. Scripturas excutio. Adriebr. II. Accedentem ad Deum oportet credere quia est. Vbi tribuitur fidei prima motio in Deum, per quam is qui longe erat, iam incipit appropinquare.

VI. Prima motio, inquit: at cur non vniuersa? cur non & prima & postrema? Nam accedere, utrumque comprehendit: significans cum quid cui propinquum sit. Matthaei quartorum προσελθων αυτῳ σπειρων: Et accessus ad eum tentator. Nunquid adhuc longe positus, & primulum incipiens disponi, aut moueri ad accedendum? An potius, cum iam factus propinquus? Iterum: Αγγελοι προσηλθον, Εδικτονεις αυτῳ, accesserunt, & ministrarunt ei. Marciprimorum προσελθων ηγειρε, αυτων, & accessens erexit eam: quomodo accedens: ξεγιτας της χειρος αυτης, prehensa manu eius. Ergo non longe adhuc positus, & vix sciriens commouere: sed cum penitus accessisset, adeo ut non posset magis. In ipsa hac ad Hebr. 7. Unde & fernare prorsus potest eos, qui per ipsum accessunt ad Deum. Scilicet per Christum preparantur duntaxat homines accessuri ad Deum: & non plene deducuntur, atque ei vniuntur.

VII. Secundo profert ex ad Romanos decimo, *Quicunque inuocauerit nomen Domini saluus erit. Sed quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? quomodo credent, sine prædicante; quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* In his verbis ordinem obseruat descripsi iustificationis: his gradibus; missione prædicatorum, prædicatione Euangelij, fide, inuocatione, salute, id est, iustificatione. Ex iis gradibus, externos esse missionem & prædicationem; reliquos internos. Itaque primum in nobis iustificationis gradum esse fidem.

VIII. Sed imponit nobis Sophista, ordinem describi iustificationis. Atqui hoc falsum. Docet enim Apostolus œconomiam salutis: hæc au-
tem latius patet, quam iustificatio: quia nimur comprehendit & fan-
tificationem, & glorificationem. Ordo est: Eum seruari, qui inuocet no-
men Domini. Neminem inuocare, nisi credat. Hoc iam notandum. Nam
inuocare, non ad iustificationem referendum, sed ad sanctificationem, est
enim opus ideoque pars inhaerentis iustitiae: sed & consequens fidei: à qua
omnia fluunt opera. Post: neminem credere absque prædicatione Euange-
lij. Hoc vero significatur, qua via generetur in nobis fides: at non quomo-
do in iustificemur. Quare non sequitur, fidem esse præparationem ad iustifi-
cationem: sed tantum ad inuocationem: & si vltius ad salutem.

IX. Pergit Bellarminus, usurpans illud ex Ioannis primo, *Quotquot re-cepérunt eum dedit eis potestatēm filios Dei fieri, his qui crevnt in nomine eius.* Aperte docuit, inquit, eos qui perfidem Christum recipiunt, nondum esse filios Dei: sed posse fieri, si pergant vterius, ut etiam sperare & diligere incipient. *Dilectio enim proprie filios Dei facit, ut patet ex prima lo-*
nne 2.

X.Respondeo, abuti Sophistam improprietate vocabuli poteſtatis, quia ſuis est Latiniſus interpres: quia hoc significatur (maxime in Scholis) aliquid contrarium actui: adeo ut opponantur ea qua funtaſtu, uis qua fuſt potestate, id eſt, que re vera non ſunt; ſed ſunt tamē non impoſibilis. Quod, eſi non caret ſuis autoribus tamē, absurdum eſt. Hoc enim inde conſequens fit, eos qui actu credunt, nondum tamē eſt filii Dei. Cum tamē & Paulus dicat, tertio ad Galatas, Omnes filii Dei eſt, per fidem in Christo Iefu, id eſt, Iuſtiniano interprete, Quiunque fidei affeſsum præbuerunt, Christoque adhaſerunt, inter Dei filios tunc numerantur. Thomas, Nam ſola fides homines facit filios Dei adoptiuos. Nullus ſiquidem eſt filius Dei adoptiuos, niſi uniatur & adhaereat Filio naturali: ad Romanos cītauo Quos praesciuit conformes fieri imagini Filii eius. Fides enim facit nos in Christo Iefi filios: ad Ephesios tertio, Habitare Christum per fidem in cordebus vestris. Præterea Ioannes ipfe eodem contextu, Qui credunt in nomen eius: qui non ex sanguine: neque ex libidine carnis, neque ex libidine viri, ſed ex Deo geniti ſunt. Aduerte, Qui credunt in nomen Christi, ex Deo geniti ſunt. Quid potestne ex Deo eſſe aliquis genitus, vt ne ſit filius Dei? Absurdissimum, & diſiecte contra ſentium communem.

XI. Itaque Beza vertit, *Dedit eis hoc ius, ut filii Dei sint facti.* Nimirum *īgērius* non potestarem siue potentiam *ōwāpū* expōnens : sed *āxwā*, dignitatem: sicut prior Calvinus, *Nomen, inquit, īxwā dignitatem hoc loco significat.* Qua de re audi Maldonatum, *Placuerat mibi aliquando, quod apud quendam postea interpretem legi, īxwā hoc loco non potestare, sed dignitatem honoremque significare, & verbum ἡρῷον non fieri sed esse.* Nam id quoque utrumque verbum significat : ut esset sensus, in qui credidissent in nomine eius, qui que non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt, hunc honorem, hanc dignitatem tribuisse, ut filii Dei non postea fierent, sed etiam essent. Sed o facilius male, *Displacuit postea, cum magis considerauis, cum que apud hereticum quendam interpretarem legi.* O, inquam, factum male ! Nam absque illo heretico homine, viciisset veritas. Tantum ille momenti esse creditur; adeoque penitandum magis quis dicat, quam quid dicatur. An potius quia ita eius animæ falsura euenit? Fuit enim deicatus Maldonatus, & valde curiosus, ne quid recte ratione se permitteret.

XII. Verum Ianuenius non ille quidem Iesuita , sed Papista tan en,
de inter Papistas Episcopos rationabilior, quam delicatior , Non est aliqua
barium interpretationum/enumerabat quatuor , quibus quod durum est
in versione Latina moliretur) qua proposis difficultati , & intentioni Eu an-
gelistica satisfacere videatur. Proinde annodanta diligenter Graeca qua ha-
bent , iduxi auctori i c o n i a t r i x e o s y i . i d u . Tum petpensa verborum
i c o n i a , & z e l a d u proprietate , Eft, inquit, sensus noſtra litera dedit eis hanc
excellentiam & dignitatem , ut fiant filii Dei , non quidem potequam cum
recepunt , sed eo ipso , quod eum recipiunt. Acquelicit Ianuenio Perenus;
qui quinque prolati variis interpretationibus , Sextus modus , inquit,
qui supradicti alii quinque modis videtur probabilior , est Ianuenij sumptus à
Cyrillo super illius verbis , Dedit eis potestatem , proilla voce,potestatem , Gra-
celegi i c o n i a , que vox etiam significant autoritatem , & ius , & dignitatem.
Praterea in illis verbis filios Dei fieri , pro illo fieri , Grace eti , & quod etiam si-
guiscent esse. Ergo plana , & germana horum verborum sententia est huiusmodi,
qui recuperant Verbum , illis tanta collata est autoritas & dignitas , tantumque
datum est ius , ut sint filii Dei.

XIII. Hæc interpretatione non tantum probabilior, sed plana, sed germana, si obtinet: & cur non obtinet, quæ non tantum probatior, sed est plana, & germana: si, inquam obtinet, ineptus est Bellarminus. Si enim creditibus datum ius est, ut non postmodum fiant, sed tunc, atque eo ipso sunt filij. Ergo fides non est preparatio, quod ille si non efficit, nihil efficit.

XIV. Et vero absurdum esse illud quicquid est præparationis Bellarminiana, viderunt iij ipsi, qui noluerunt à verbis Interpretis Latinis discedere. Nam hi cum viderent absurde dici, eos qui credant, nondum esse filios Dei, variis modos conati sunt inquirere, qui hæc vita non posset absurditas. Sunt qui de perseverantia in filiatione Dei videntur in suam vitam. Theophylactus: ὅπερι εἰσαγέγοντες τὸν φυλακτὸν τῆς εὐαγγελίου τὸ βαπτιστήν, οὐδὲ εἰ πολὺς των δέκα χρυσά, μητρὶαν εἰ τὴ βαπτίσματος τυπωθεῖσα εἰκόναν τὸν ιησοῦν ακηδίωνται Διαφοράδες δια τοιούτου λόγου τὸν διάγονον επιτιμούστε καὶ τὸν θεοφόρον παντούς. Quemq; cōntrovertere θέλεις χρεῖται: Non sufficit ad custodiam puritatis, baptizatum esse, sed multo studio opus, ad conservandam immaculatam imaginem adoptionis, qua in Baptismo expressa est: propterea multi accepérunt quidem in Baptismate gratiam adoptionis, verum per socordium non fuerunt filii ad finem usque. Sed & his si locus detur, perit Bellarminiana præparatio. Siquidem ιησοῦς non distinguitur à suo initio: sed à perseverantia ad finem usque: qua longe abit a Bellarmino mente. Nec sequitur, si non sufficiat sue fides, sue Baptismus ad perseverantiam, non esse in fide & Baptismo solidam filiationem, proindeque iustificatiō nem.

XV. Alij, de glorioſa filiatione, qnæ contingit homini post resurrectionem corporis. Idem Theophylactus: *ἰερὸς τοῦ κυρίου ταῦτα ἐπὶ εἰργασίᾳ βαπτομένοις, τὰς οὐρανικὰς τύχας χάραξεν*, dicit rōtideos τοῦ πάνταν δοκιμαζόντες: *Dicet Ἐπίκλησιν quipiam et si in Baptismo adoptionis gratiam accipimus, tamen perfectionem in resurrectione recepturos nos esse.* Verum ergo cum quium credit quis posse in posterum gloriam illam obtinere sed an propterēa adoptionis nihil nisi præparationem esse fidem? Gloriæ concesserit facile quilibet nostrum. Sed aliud est adoptio, sive iustificatio, aliud gloria.

XVI. Alij: quotquot receperunt Christum per fidem caritate informata, habuerunt potestatem ut filii Dei fierent: sed illa potestas præcessit filiationem, non ordine temporis, sed ratione tantum naturæ. (aeternus lenteculo quinto, Potestas est ipsa fides: & quotquot per fidem caritate formataam receperunt eum, simul tempore receperint trascilicet posse esse filios Dei, fieri filios Dei. Obsecrissime: sed tamen procul a

Vulgo; qui hanc præparationem præire voluit, non tantum ratione, sed etiam tempore: quod ipsum Bellarmino necesse est admittere, qui præparationem ita intellexit: ut tūm cum credant, nondum tamen sint filii Dei.

XVII. Alii aliter poterunt fortasse interpretari, ut est commento-
rum feracissima sophistice. Sed illa omnia sunt intricata, sunt violentia,
sunt obscura, Nihil ergo consultius, quam ablegata ea ventione, a qua tan-
ta fluant perplexabiles inquisitiones, simplicitati hereamus. Græce lo-
quutionis, cui testimonium est ab iis ipsis, qui alioquin aduersarios se no-
stros, & quidem acerrimos, ostendunt. Non enim puto, Iansemium, non
Pererit in hereticis Maldonatus numeraret, si viveret.

XVII. A Scripturis abit ad Patres Bellarminus. Clemens Alexandrinus, Stromaton 2. *Fides est prima ad salutem inclinatio, post quam timor, & paucitudo.* Cyrilus Hierosolymitanus catechesi 1. fidem esse quasi oculum, & lampadem ad viam salutis inuenientium. Eusebius Enissenus hom 2. de symbolo, fidem appellat lumen atque ostium vitae, fundamentum salutis. Chrysostomus, homilia de tide, spe, & caritate, nominat fidem originem iustitiae. Cyrilus, lib. 4. in Ioan. cap. 9. *Ianua & via ad vitam fides erit.* Ambrosius, de Sacramentis, 1. *In Christiano prima est fides.* Hieronymus, in 3d. Ephel. *Fiducia atque accessus ad Deum principium, atque origo fides est in Christo.*

XIX. Recte sanguine omnia illis dicta sed otiosae & absente iudicie

XIX. Recte lane hæc omnia illis dicta sed otiose, & ablque iudicio
à Belarmino collecta. Quis enim neget, fidem esse primum motu
quo mouerunt ad salutem? Si quidem ante eam acceptam, nihil quam va-
gamur in peccatis, recedentes magis ac magis à salute. Sed esse præparacionem
ad iustificationem, non dixit Clemens. Eadem mens Chrysostomi,
originem iustitia nominantis; nimis tamen, quicquid est sine fide, pecca-
tum est: sed eadem fides, à qua omnis nostra actualis iustitia, eadem es-
tā qua iustificatio non partialis, sed integra. Nec dubitemus eodem perti-
nere illud Ambrosii, fidem primam esse in Christiano? Sed si prima sit, an
propterea duntaxat præparatio? Cyrilius Hierosolymitanus, de ocu-
lo, in prima catechesi, nihil quod sciamus de lampade hoc tantum, *ei nis-
tis ne laudemus eum ut uires donas, et oīus cōx̄tūs dūmptare, nūlōs, Vo-*
qui modo fidei Lampades acten iſtis, conseruare eas inextingitias. Papæ Iohannes
antecedens dignum illo consequente: Ergo fides est tantum præparationis
iustificationis? Ab illo Emilieno facile audio lumen animæ, ostium vite
fundamentum salutis: sed nihil minus concipio quam præparationem il-
lam iustificationis tam exsanguem ac vietam. Lumen animæ, propter my-
steriorum cognitionem: ostium vita, fundamentumque salutis, propter
iustificationem: sed cur non integrum? Neque alia mente capio Alexan-
drini antistitis, ianquam & viam. Vix etiam illud Hieronymi: certissimum
enim, quod & nos docemus, nullam cuiquam aut esse, aut unquam fuisse
fiduciam in Deum, nullum aditum, nisi per fidem: nimis tamen quia iustifi-
catione non potest nobis Deus non esse horriri, ut pote iudex severissi-
mus: verum quamprimum per fidem nos sentimus iustificatos; tum qui
terrebat, ut iudex, allicit ut pater benignissimus: qui enim filio suo vni-
nito non periret, ut eum tradiceret pro nobis, quid post eum denegaturus
est? Sed ea fiducia ab hac nostra plena perfectaque iustificatione oritur, non
ab illa tenui & inchoata sanctificatione, cui tuto conscientia nulla potest
accedere.

X X. Ergo illi Bellarmino frustra nominari testes. Quid reliqui, Augustinus, Propter, Gregorius? Eaque. Nam iste, secundi Moralem capituli trigesimo tertio, *Sifides non prima in corde nostro dignitus, reliqui queque esse bona non possunt.* Nimirum, quia quicquid est sine fide peccatum est. Verum, an propterea fides duntaxat et reparatio iustificationis? Idem lensus Prosperi 3, de vita contemplativa cap. 21. *Fides est Iustitiae fundamentum, quam nullum bona opera procedunt, & ex qua omnia procedunt.* Ad dubium 8. Genesim, *Fides virtutum omnium fundamentum.* Eum uero aliud virtutes, aliud iustificatio, ut alias dictum: quia illae ad sanctificationem pertinent.

X I. Augustinus sermone vigilius secundo de Verbis Apostoli, *Dominus Dei credendo fundatur, sperando erigitur, diligendo perficitur.* Quamquam id eo loco non occurrit: tamen Dominus Dei non solam iustificationem designat, sed vniuersam hominis salutem, cuius initium à iustificatione. In deo Spiritu & litera c. 30. *Per legem cognitione peccati, per fidem impenetratio gratiae, per gratiam sanitatis anima.* Quid hoc est? *Item,* inquit, loco, inter ea quae in nobis sunt constituitur fides; secundo, oratio; tertio, gratia. Et tamen non sic omnia Augustinus, non enim distinguit fidem ab oratione: sed fidem dicit impetrare gratiam. Dissimilemus hoc tamen. Quid ergo? Tū potuisti concipere, à nobis negari, quicquam esse in fidelibus præter fidem? Sed verius, non potuisse aduersum nos disputare nisi imputatis tuis figuramentis. Mitte hæc figuramenta: & probato fidem nihil nisi præparationem esse nostram apud Deum iustificationis: ita ut aliquis fidem habeat, qui tamen nondum sit iustificatus.

X X I I . De prædestinatione Sanctorum , cap. 7. *Fides prima datur ex qua cætera impetrantur* ? De bono perseuerantia , cap. secundo ; quanquam hic locus male designatur , *Quod initium verius hominis Christiani quam credere in Christum* Optime. Sed vbi præparatio iustificationis ? Cum non ex fide integra iustificatio , si prima fides detur , & inde cætera ? Cur non ex fide integra iustificatio , si fides initium hominis Christiani ? At qui primum , unde sumus Christiani , iustificatio est. Nemo enim Christianus vere & re , qui non iustificatus : & iustificatis , id est , reconciliatis , omnia deinceps largitur Deus. Nihil ergo obstat , quominus integra sit ex fide iustificatio quandoquidem prima fides detur , & sic initium Christiani.

XIII. In expositione Epistola ad Galatas capite tertio, *Efficiuntur filii sapientie, preparante, ac praefante id fidei Mediatores.* Euge sans. Gratulamur Bellarmino, quod post inutilem totius Græciz ~~etiam~~ ^{etiam}, toru Latini perquisitionem; in vno demum huius angulo, vnum Augustinum: in vno Augustino, vnum exiguum inuenit loculum, in quo esset preparandum verbum O spolia! O trophos dignus tantis laboribus! Sed enim, quid promouet? Disputabat enim: si dem iustificare duntaxat per modum preparacionis. Hoc ergo Augustinus? Minime omnium. Relege *Preparante et praefante.* Vtrumque ergo fides, & preparat, & praefat, ut hanc filii sapientie. Nam & paulo ante, *Per fidem induendo Christum omnes sunt filii:* ne

præparantur duntaxat, sed sunt. Cui nos negemus? Imo libentes concedamus, simul utrumque à fide esse, ut & præparentur, id est, apti sint qui adoptentur, & adoptentur re ipsa. Nimirum, quia non absque illa mutatione, qui impi erant, sunt filii, manentes impi: sed de impiis sunt iusti per remissionem peccatorum, & ita apti, ita præparati qui sunt filii: sed tum facti, cum præparativimo eo facti, quo præparati.

XXIV. Atque hæc tenus pugnauit autoritatibus Scripturæ, Patrumque. Nunc à ratione gemina. Prior est: Potest alius credere, quod non sperat, neque diligit: non potest sperare, aut diligere, quod non credit. Igitur fundamēntum spei, & caritatis est fides, non contra, fundamēntum fidei spes, aut caritas.

XXV. Quis, inquam, aut illud negabat, aut hoc assertebat? Si quis is est, agat sane cum eo Bellarminus pro arbitrio. Nos religiose testamur absurdū dīci, siue spem, siue caritatem esse fundamēntum fidei: vere autem contra, esse fidem fundamēntum spei, charitatisque. Augustinus in una & viginti sententiis. Spes sine fide quomodo esse posset, non inuenio. Nemo enim sperat se posse asequi, quod esse non credit. Enchiridij c. 8. Cum bona nobis futura esse creduntur, nihil aliud quam sperantur. Verum longe aliud est iustificatio, aliud spes, & caritas: quæ ipse non nisi à iustificatione: & ideo à fide, quia à iustificatione, quæ à fide.

XXVI. Altera: In corporalibus morbis initium salutis est credere se ægrotum, & medico curare valenti, fidem habere: non tamen sola illa fides, est integræ sanitatis.

XXVII. Imo, neque in corporalibus morbis, illa sunt sanitatis initia: neque illi fidei, fides Christianæ æqualis. Sed de illis iudicato sane sensus communis. At certe fides Christiana, non tantum credit morbum, nec tantum fidit medico: sed amplius, vtitur remedio. Nonne enim per fidem habitat Christus in cordibus? Dicam amplius, non tantum aut credit morbum, aut fidit medico, aut vtitur remedio, sed ipsam accipit, ipsam admittit ab eo remedio sanitatem. Nam, *In suis ex fide viuit*. In corporalibus morbis, illud, credere morbum: illud, fidere medico, non tantum non acci, vt sanitatem, sed ne vtitur quidem remedio. Itaque multi pereunt, qui & credunt morbo, & fidunt medico. At qui credit in Christum, non videbit mortem.

C A P. IX.

De aliis præparationibus. Timore, spē, dilectione, pœnitentia, desiderio Sacramentorum, proposito nouæ vitae:

I. Alterum argumentum à præparationibus; ita est. Si alia sint præparationes ad iustificationem: Ergo non sola fides iustificat. Antecedens probat ab enumeratione, Timoris, Spē, Dilectionis, Pœnitentia, propositi, desideriique recipiendi Sacra menta: denique propositi nouæ vitae.

II. Respondeo, primum, consequiam eatenus duntaxat esse legitimam, quatenus illæ alia præparationes supponuntur consequi fidem: Nam aliquo posset merito impugnari. Sed hoc mislo, negamus antecedens. Et ratio negandi manifesta: quia nulla præparatio sequitur id ad quod præparat. At quicquid boni est in homine sequitur iustificationem: quod ab Augustino didicimus, bona opera sequi iustificatum, non præcedere iustificandum. Quare, nihil boni hominem præparat ad iustificationem. Si quid contra habeat Bellarminus, hoc videamus.

III. Timorem bonum esse, ac salutarem ostendimus, inquit, in 2. libro de pœnitentia, c. 17. & 18. Eundem concurrere ad iustificationem, eodem ferte modo quo fidem ipsam nunc probat.

IV. Respondeo, timorem solere distingui in seruilem, & filialem, siue in genitum. Seruilem eum esse, quo Deus tantum iudex & quidem iratus, timetur; cum obuersantur perpetuo oculis, vt ita dicam horrenda supplicia quæ manent peccatores. Ingenuum vero, qui Deum ita iudicet timet, vt tamen patrem meminerit, conciliatum per Christum: nec eius benignitate in contemptum abutitur: sed maiestate continetur officio. Illum timorem bonum esse, nos quidem concedimus, sed cum interpretatione: nimirum, quatenus bonum, non opponitur peccato: sed tantum vel rationem, vel utilitatem denotat: sicut Augustinus in Psalmum 129. *Bonus est & iste timor, utilis est*. Sed plane non esse vitiosum, concedere non possumus, cum sit absque fide & quicquid est absque fide sit peccatum auctore Pauli. Timorem ingenuum, fatemur esse bonum, & oppositum peccato: sed negamus, præparare ad iustificationem: ratione certa: quia procedat ipse à iustificatione: non potest enim de Deo tanquam Parce certus esse, nisi qui iustificatus per fidem. Argutatur tamen Bellarminus.

V. Primo: iustificat fides, quia sine fide impossibile est placere Deo: ad Heb. 11. At similiter Ecclesiastici 1. *Qui sine timore est, non poterit iustificari.*

VI. Imo non iustificat fides, propterea quod sine ea nemo placet Deo. Sed contra potius, sine fide nemo potest placere Deo, quia fides iustificat, hoc est, instrumentum est quo nobis applicatur iustitia Christi. Sed hoc mislo, in loco Ecclesiastici, Graeca longe habent aliter, nec de timore quicquam: *δια τον θεον δυνατης ειναι δικαιοσυνη, Non poterit iracundus vir iustificari*. Præterea iustificari hoc loco est, iuste vivere, non vero Deo conciliari, siue obtinere remissionem. Ianuenius. *Hic enim mox ut quid acciderit contra animi votum, offendetur, indignabitur, atque ex impatientia in quevis vita, retinaculo timoris Dei destitutus, prolabetur: unde de eo recte dicitur, quod non poterit iustificari, hoc est, iuste vivere*. Iam nos non disputamus ad bene insti tuendam vitam, solam sufficere fidem.

VI. Deinde, inquit, fides iustificat, quia est initium iustitiae & salutis. At timor Domini est initium sapientia. Ps. 11. & 1. Prover.

VIII. Imo rursus, Fides non iustificat, quia sit initium iustitiae: sed contra, initium est iustitia, quia iustificat. Est enim iustitia donum Dei: & habitus animi bonus. At nullus habitus bonus animi nisi in iustificato. Præterea, timorem esse fatemur initium sapientiae: at non iustificationis. Neque enim sapientia eadem iustificatio. Illa inhærens habitus in nobis:

hæc minime. Recte enim Bellarminus descripsit sapientiam esse perfæctam iustificationem componentem totam vitam: sic videlicet, ut iustificatio, non hanc significet, quam nos nominamus in tota hac disputatione, sed illam alteram partem, quam libentius saeculariationem dici mus.

IX. Tertio: Fides iustificat, quia per eam querimus Deum, atque ad eum accedimus. Sed idem facit tumor. Psal. 78. *Cum occideret eos, quarebant eum, & reuertebantur, & dilucido veniebant ad eum*. Et 8. *Imple facies eorum ignominia, & quarent nomen tuum, Domine*.

X. Et tertio; negamus fidem iustificare, eo quod per eam queramus Deum, & accedamus ad eum: sed contra, querere nos Deum, & accedere ad Deum, quia per fidem iustificati sumus. Rursus enim, & querere Deum, & querendo ad eum accedere, sanctificationis est, quæ iustificationis est effectum. Itaque, et si pertimorem queramus Deum, tamen non iustificamur. Per timorem autem accedere, etiam fons communis horret: nam timor potius arceret, ut quæ timeret. Quanquam nemo negat, ut timore suppliciorum fieri saepe, ut in nobis pœnitentia generetur per quam ad Deum accedimus: sed propterea accedere nos per timorem, ferri non potest. Tum autem nunquam id fit, nisi fides adsit timenti. Nam qui timeret absque vera fide, is magis magisque fugit Deum: ut appareat in diabolis.

XI. Quarto. Fides iustificat, quia per eam formatur Christus in nobis: ad Galatas 4. At de timore, Isaías c. 26. *A timore tuo conceperimus, & peperimus spem salutis.*

XII. Idem ingenium. Formatur in nobis Christus paulatim: sed postquam iustificati sumus: non enim ante: quis enim furor, in aliquo formari Christum, qui tamen nondum fit iustificatus, nondum obtinuerit remissionem peccatorum? Pertimorem formari in nobis Christum, nulla dixit Scriptura. Locus Isaiae citatur ex editione Graeca, in qua vix quicquam fani. Primum, illud à timore, non tantum est, pro ἡγεμόνῳ à facie tua: sed etiam præcedens sententia, *Sicut, qua concepit, cum appropinquauerit ad partum, dolens i lamas in doloribus suis, sic facti sumus à facie tua, Domine*. Et postea id affirmatur, quod Esaias dilecte negavit, *Concepimus, & quasi parturimus, & peperimus Spiritum: salutem non fecimus in terra*. En tibi, salutem non fecimus: & tamen Spiritum salutis tuae peperimus. Sanusne, & qui ita verit, & qui ea nunc versione abutitur? Nam etiam Spiritus ambiguum alias, hoc loco est pro vento: prout verit Pagnus, *Concepimus, parturimus, tanquam si peperissimus ventum: Vatablus, Sed peperimus tanquam ventum: id est, non verum factum, sed rem similem vento*. En Bellarminianas demonstrationes!

XIII. Quinto. Fides iustificat, quia in suis ex fide viuit. At de timore Prou. 14. *Timor Dominifons vita.*

XIV. Sed hic timor necessario intelligendus ingenuus, & coniunctus eum fide. Et, ut clarius loquar, timor Domini, & pietas in Deum, vnum idemque. Quis enim nescit, vsum Scripturæ ita habere? Genes. 20. *Non est timor Domini in hoc loco*. Secundi Samuelis 23. *Dominator in timore Dei. Lucas 1. Eius misericordia in omnes etates timentibus ipsum*. Act. 10. *Pius, ac timens Deum Cornelius Centurio vir iustus, ac timens Deum*. Atqui hic timor Dei, non præparatio est ad iustificationem: sed iustificationem sequitur. Etsi igitur fons vita dicatur, tamē non est: neque esse potest præparatio ad iustificationem. Atque adeo, vita non semper est idem cum iustificatione: quia significat potius finem iustificationis: nimirum integrum salutem, quam expectant, qui sunt iustificati. Hanc autem salutem præcedit non tantum fides: sed etiam uniuersa pietas: vnde & pietatis ea merces dicitur. Qua ratione nihil mirum, timorem Dei dici fontem vitae. Sed Apostolus, quæ ex fide viuire, tam constanter opponit operibus, eo ipso declarat longe alio sensu dici. Lusus est igitur a multiplici homonymia.

XV. Denique, inquit, fides iustificat, quia purget peccata. Act. 13. ad Romanos tertio, ad Gal. 3. At de timore quoque Ecclesiastici 1. *Timor Domini expellit peccatum.*

XVI. Atqui primo, fidem iustificate, quia purget peccata, nondum mihi auditum: nec probatum locus citatis, ex quibus cum nulla verba sunt recitata, incertum reliquit lectorum Sophista, quid potissimum in animo haberet. Verum, si haec sunt quæ confitit Paræsus, *Ab omnibus à quibus per legem Mosis absoluvi non potuisti, per hunc quemuis qui credat absoluvi*. Colligimus fidei iustificari hominem absque operibus legis. Lex padagogus noster fuit in Christum, ut ex fide iustificaremur. Si haec inquam illa sunt, nam ego quidem nihil ausim assertere; profecto illi animus vbius gentium peregrinabatur; potius quam in hac disputatione erat. In posterioribus enim legas quidem iustificari per fidem: sed iustificari, quia fides purget peccata: hoc vero tam hic legas, quam in sylvis Delphianum capias. In primo audio absolvi homines abs, a quibus non poterant per legem: sed absolvi per Christum. Quo sensu ne nos quidem inficias ibimus absolvi per fidem: sed nimirum, non per ipsam fidem: sed per eum, quem fides amplectitur.

XVII. Ceterum: purgari peccata, dupliciter significat. Vele adem condonari siue remitti: vel relinqui, ac deseriri per mutationem vitae. Prior sensu, concedo idipsum quod purgat, etiam iustificare: sed constanter nego timorem hoc modo purgare peccata; aut inquam ita dictum à Spiritu Sancto. Altero autem sensu, fateor timore in purgare peccatum: atque eam mentem esse Syracidæ, qui *απωθετησεν* dixit, id est, expellit, depellit: Sed nego, quicquid sic purgat id est, expellit peccatum, idem iustificare.

XVIII. Nunc iam quid, qualis, Patres dicunt? Nempe Augustinus tractat non in Epistolam Ioannis, Stimulat timor: sed noli timere: intrat caritas, quæ sanat, quod vulnerat timor. Timor Dei scit vulnerat, quomodo medi ci ferramentum putredinem solvit: opus est ergo ut inret timor primo, per quem uniat caritas: timor medicamentum, caritas sanitas. De Catechizandis rudibus, capite quinto, *Rarissime accidit, imo vero nunquam, ut quisquam veniat volens fieri Christianus, qui non sit aliquo Dei timore percussus*. Basilius in Psalmum trigeminum tertium, *Timor salutaris qui ad sanctitatemducit, & anima disiunctus insitus, qualis existat, si cupis audire, attende*. Hieronymus ad Malachia primum, *Vult Dominus ut à malis per suppliciorum formidinem recessamus, & de timore seruorum ad gratiam filiorum transsumus*. Gregorius homil. trigesima quarta in Euangelia: *Franca mens, si non prima*

prius per timorem evertitur, ab assuetis vitiis non emendatur. Ioannes Cessianus libri 4. de Institutis renunciantum c. 39. Principium nostra salutis eiusdemque custodia, sicut dixi, timor Domini est: per hunc enim, & initium conversionis: & virtutis purgatio, & virtutum custodia, his qui imbuantur ad vim perfectionis, inquiritur.

XIX. Hæc illi recte, sed otiose Bellarmino collecta. Dico n. nullus agere de iustificatione sed de sanctificatione, quam illa, ut sèpe dictum, præcedit, & re, & tempore. Id ipsa verba conficiunt. Timor medicamentum, caritas sanitatis: inquit Augustinus. At caritas inhærens est; & sanctificationis pars. Inde, Venias volens fieri Christianus: hoc rursus est opus & quidem externum, cuius qui mutatur ab infidelis in fidelem. Sic Basilius, Timor ad sanctitatem dicit Hieronymus, à malis recedamus. Gregorius, A vitiis non emendatur. Cessianus, Initium conversionis virtutum purgatio, virtutum custodia. Hæc inquam, omnia describunt sanctificationem; quæ a quibusdam initii orta, latius pròficit, & quicquid inhærentis est boni, sibi vindicat tanquam proprias partes; in quibus ita agimur à Deo, ut tamen agamus ipsi: cum in iustificatione nihil agamus omnino: sed habeamus nos mere passiue.

XX. Itaque inconsiderate Bellarminus argutatur. Falsum est, introduce re ad caritatem, & compellere ad quærendum lauacrum, id esse, disponere ad iustificationem: cum sit potius inchoare sanctificationem.

XXI. Nec defuit Bellarmino sua ratio. Naturam timoris esse, ut fugiat mala & quærat remedia, quibus illa possit euadere. Vnde Baptista, Matthæi tertio, Quis vobis demonstravit fugere à ventura ira. Et quotidie vides, nunquam esse homines de salute æterna magis sollicitos, quam cum ingens aliquis timor, aut pestis, aut naufragij, aut tonitruum, & cœlestium fulminum ingruit.

XXII. Imo Bellarminum sua destituit ratio, exercuit Sophistice. Nam timor ille seruile, qui absque illa fide, eti docet fugere mala, quærere remedia, tamen id facit pueris, & adiutoris: id est, generat vagum, incertumque affectum eluctandi ex malis, sive presentibus, sive imminentibus: sed veram rationem, qua vitentur, id est, verum remedium nullum omnino docet. Nemo remedia querit vera, quia eadem non norit: atqui nosse remedium aduersus peccatum & damnationem, iam mentis est illustrata: & hoc ipsum fidei. Cum vero vagus ille timor agitat mentes, ea nulla est iustificatio, imo nulla ad iustificationem preparatio: certum potius perditionis signum: quemadmodum in agrotante, cui nulla in expedito sunt remedia, quo vehementiores sunt sensus dolorum, quo intentiores clamores, hoc certius exitum. Quod in mariis tempestatis, vel maxime apparet. Qui enim iactati in alto, vident lacerata vela, succisum malum, remos fractos, clavum anotum eos timere quis negat? Et timorem quidem testari intentissimis clamoribus? Sed ij clamores, is timor, eripitne à periculo? Minime omnium. Negamus ergo, timorem illum seruilem iustificare: negamus preparare ad iustificationem: quandoquidem nulla illi iustificationis via cognita.

XXIII. Itaque Baptistes, increpans hunc in Iudeis timorem, non tantum dixit, Quis docuit vos fugere ab ira ventura: sed exprobrationem addit nequitæ, progeniem viperarum compellans: quasi innuens, timorem hunc seruilem per se nihil nisi hypocriti facere. Nam Lucas Brugensis ita dicit, Persuadere mihi facile non possum, haud scilicet paenitentia gratia huc vos aduenisse, quorum adeo est iniurianta inolitaque malitia: neque in animum inducere, cura vobis esse, ut futuram iram Dei effugias.

XXIV. Timor vero ingenuo concedimus proprium esse, ut & mala viter, & remedium querat. Nimis & instillante Deo verum mali odium, id est, tum pœna, tum maxime peccati: & monstrante verum remedium, addo etiam, ante allicente. Sed hæc nulla sunt nisi in iustificato; id est eo, cui remissa sunt peccata, cui imputata Christi iustitia. Itaque necesse est, iustificationem præcedere hunc timorem.

XXV. Atque hæc tenus timor. Succedit spes. Hanc dispositionem esse ad iustitiam, & remissionem peccatorum, docetur, inquit, Proverbiorum vicesimo octauo, Qui sperat in Deo, sanabitur. Psalmo trigesimo septimo, Salvabit eos, qui sperauerunt in eo. Nonagesimo primo: Quoniam in me sperauit, liberabo eum, Matth. 9. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

XXVI. Scilicet hoc est interpretari; hoc est vt Scriptura? Atqui primo de iustificatione peculiariter, excepto postremo, nullus horum loquitur. Nam, & sanare, & saluare, & liberare, vniuersum salutis cursum continet, ad extremam usque metam, quæ est in frumento gloriae etest. At iustificatio primum initium, primum gradum, à quo quicquid est deinceps, dependet. Itaque non contemur agnoscere, quicquid est in homine sanctificationis, præparationem merito dici eius sapientis, eius salutis, eius liberationis: ut tamen non sit iustificationis: etiam bona opera: quia tamen à Paulo constanter excluduntur à iustificando.

XXVII. Secundo: De spe, quatenus spes distinguitur à fide, nullus loquitur ex datis locis. In primo, est verbum Πνευμα. Psalmo trigesimo septimo Πνευμα, Psalmo 91. Πνευμα, Matthæi nono, Πνευμα. Atqui & Πνευμα, & Πνευμα, confidentiam, securitatemque potius denotant: quibus eti spes sit vicina tamen est diuersa: & illæ magis pertinent ad fidem: ut suo loco disputatum est, veram fidem non esse absque fiducia: imo esse fiduciam. Quare hi saltem loci ad fidem pertinenter.

XXVIII. Πνευμα, significat proprie regere: inde tueri, & tertio, confidere alicui, quasi inde sperando protectionem, ac tutelam, vnde Psalmo trigesimo sexto, בְּצִילָה בְּנֵי חַסְדָּךְ, in umbra alarum tuarum securitatem habent: id est, secuti sunt sub aliis tuis, à quibus operiuntur: est enim metaphora à pullis avium: ut omnes norunt, & ipse notavit Bellarminus: Quiibus, inquit, verbis significatur præcipua quadam prouidentia, & singularis benevolentiæ Dei erga pios homines: & contra, summa quadam & securissima fiducia piorum ad Deum: qualis est gallina sollicitudo in forsanis pullis & pullo-

rum fiducia sub aliis Gallina. Denique, Πνευμα nunquam est sperare simpliciter, eti ita verterit Latinus interpres: quod potius est Πνευμα, sed considerare.

XXIX. Deniq; Κέρα, multo ad caritatem inclinat magis quam ad spem. Est enim propensio voluntatis in aliquem, & magis exprimit οὐδονιαν. Deut. 7. Non propter multitudinem vestram pra alii populi. Κέρα Latinus interpres reddit, λαοῖς vobis est Dominus. Sanctes, amavit vos Iehoua: Sepuaginta, και τοις λαοῖς πραγματικός. Prioris Reg. 9. Κέρα στόλος Αστραπής την πόλην. Latinus, Et quodcumq; ei placuit, ut adficaret. Sanctes, Et desideriū Selomoh, quod desideravit adficare. Septuaginta alienus καὶ τοις λαοῖς πραγματικός. Itaque psalm. 91. Sanctes verit, Quoniam valid me amat. Hieronymus, Quoniam mibi adhesit. Quid opus multis testibus? Bellarminus ipse, commentariis in eum Psalmum, vox Hebreæ adhuc diligere, placere significat, quare, non quæcumque spes, sed εᾱ fiducia, que oritur ex bona conscientia, & ex dilectione, & ex filiali adhesione, liberat hominem à tyrannide vitorum.

XXX. Tertio locus ex Matthæi 9. mirum in modum torquetur. Non prius, inquit, Dominus paralyticum iustificavit, quam ei diceret, Confide fili: sed contra, ut Concilium Tridentinum significat, sessionis sextæ capite sexto, prius dixit, confide fili: & cum eum erectum in spem salutis vidit, adiunxit, remittuntur tibi peccata tua.

XXXI. Enimvero sterrebant tum temporis, ut alias sèpe, boni illi, in Tridentinis rupibus, paterculi. Nam eti verum sit, prius dictum, Confide, tum subiunctum, illud de remissione: tamen verum est, re ipsi remissionem processum. Et sane Matthæus scriptus in præterito, «φωνη» remissa sunt tibi peccata tua. Quinetiam Lucas Brugensis annotauit, Reddit causam, cur sit ei animo confidentium: quia remittuntur ei peccata: Nempe ita in similibus locis. Luca primo, Ne time Zacharia, nam exaudita est deprecatio tua. Ne time Maria, εὐποίησε: insuenit gratiam apud Deum. Duodecimo, Ne time parvus: nam plausuit Patri vestro dare vobis regnum. Io. 16. Confide ego vici mundum. Quibus omnibus locis, eti præcedat τὸ confidite, sive, ne time: tamen nemo tam est alienus à mente bona, ut non intelligat, confidentiam esse consequens sua causa. Quomodo ergo potest confidentiam a paralytico exercisse, tanquam præparationem.

XXXII. Sed fortean Patres aliter. Nempe Ambrosius, i. de pœnitentia c. 1. Nemo potest bene agere pœnitentiam, nisi speraverit indulgentiam. Augustinus, de catechizandis c. 4. Quicquid narrat ita narrat, ut ille cui loqueris, audiendo credit, credendo speret sperando amet. Cyprianus sermone 5. de laesis, Grauiissimum conscientia crimen agnoscite, nec desperantes misericordiam Domini, nec tamen iam veniam vendicantes.

XXXIII. Et hec quorū recitentur, quis non mirabitur? Nam, quid in iis est, de iustificatione per spem? Scilicet illud Augustini, agentis de ratione instituendi eius, qui primulum accedit ad Ecclesiam. Egregie! Audiendo creditur, credendo speratur, sperando amatur: ergo spes preparat ad iustificationem: cur non potius ad amorem? Nam ita exigit series: auditum præparare ad fidem: hanc ad spem: cur non denique spem ad amorem? At amor, sanctificationis est: quia in hærentis: non autem iustitiae imputatæ. Nihil ergo Augustinus contra nos. At, neminem bene agere pœnitentiam, nisi speret indulgentiam, dixit Ambrosius. Cur non dicerer, inquit: Nam sublatio consequente, sciunt omnes tolli antecedens. Itaque, qui spem indulgentia non habet: ne fidem quidem: at qui non fidem: neque iustificationem. Quanquam pœnitentiam agere aliud est quam iustificari: quia pertinet ad regenerationem: & in hærentem iustitiam. Spes vero disponere ad sanctificationem: non equidem negemus.

XXXIV. Post spem Bellarminus constituit dilectionem. Statim, inquit, atque incipit quis sperare beneficium ab alio, eundem incipit diligere, ut benefactorem, atque autorem eius boni, quod sperat. Itaque, qui sperat à Deo iustificationem, incipit Deum diligere, ut iustitiae fontem.

XXXV. Sed hæc sunt αἰσθάνεται dicta. Primum iustificationem sperari à Deo: quod absurdum. Nam sperantur futura: at iustificatio hic non in futuris. Itaque à Christo dictum, Confide fili: remissa sum tibi peccata. Secundo, sperare beneficium ab alio nemo potest, nisi qui norit: & possit conferre, & velle. Nam neque ab eo, qui non possit, neque ab eo qui nolit, quisquam quid speret. Atqui hæc ipsa ut sciantur, iam fidei est. Post, ut faciamus Deum velle sua in nos beneficia conferre, supponendum est nobis conciliatus. Nam, ab irato, quid sibi quicquam speret? Non conciliatur autem, nisi per iustificationem. Itaque, si antequam amemus, oportet sperare: & antequam speremus, iustificari: profecto oportet etiam iustificari antequam amemus. Quare amor non potest esse præparatio iustificationis: sed contra, iustificatio amoris. Et vero si amat quis eum, à quo beneficium exspectat: multo magis, à quo beneficium accepit. Denique conclusio nihil haber de præparatione iustificationis: sed tantum dilectionis. Nec sequitur si qui sperat iustificationem, diligat: Ergo dilectionem esse præparacionem iustificationis.

XXXVI. Nec auspicatus Scripturas nominat. Primo Ecclesiastici secundo, postquam dictum, Qui timet Dominum, sperate in illo, post adiitum, Qui timet Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. Atqui primum: Ianuenius, Quæ sequitur quartæ sententia, Qui timet Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda vestra, nusquam est in Gracis. Videtur autem ad aliquo adiecta, ut sententia, de fide & spe, addatur sententia de texta virtute Theologica, nempe, dilectione. Enī tibi, Apocryphus liber: in libro Apocrypho sententia addititia. Quid fidei esse potest? Secundo hæc sententia quæcumque sit tandem, sive Apocrypha, sive Canonica, tamen de iustificatione agit nihil. Ianuenius, Porro recte intelligit de lumine recreatiois: ut sit sensus: Qui timet Dominum, sic diligite illum, ut etiam in tribulationibus non relinquant eum, & certe aliquando corda vestra consolationis lumine illustrabuntur. Quid hoc ad iustificationem? Scio ab aliis intelligi potius e illuminatione contraria ignorantie: nam ita Carthusianus olim & Lyranus, & Glossa interlinearis,

ris: sed præter juam quod, alienum est, iudice Ianzenio, *Quamvis sententia sit vera de lunine ignorantias pellente, sed in eo sentio non conuenit proposito.* Nihil etiam ad iustificationem: aliud est enim illustratio mentis, aliud remissio peccatorum: tum illastratio est donum inhaerens: at iustitia imputatur.

XXXVII. Luce 7. *Remissa sunt peccata multa, quoniam dilexit multum.* Sed hunc locum nos prolixè excusimus libri præcedentis c. 6. & demonstramus, dilectionem eo loco caulam nullam esse remissionis peccatorum: sed tantum consequens, quo posito, ponatur antecedens. Itaque nihil ad hanc rem quam agimus.

XXXVIII. Ad Galatas quinto, *Neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, qua per dilectionem operatur.* Quid hic quælo virum? Nam neque Bellarminus explicat, neque apparet ex textu, quid dilectio, ad præparationem iustificationis. Tantum inde eras, eam fidem, quæ iustificet, operari per caritatem: verum, operari non est iustificari. Scilicet, hæc descriptio est veræ fidei, quæ iustificat: at non modus per quem sit iustificatio.

XXXIX. Prima Ioannis tertio, *Translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Sed audiat Lorinum lesuitam Ieluita Bellarminus, *Causa particula causam continet, non rei, sed cognitionis.* Vnde Gagnæus, *Id est, si fraternal secundum Deum charitas in nobis est, tunc scimus de morte peccati ad vitam gratia nos esse translatos.* Non igitur verum dilectionem proximi hic assignari tanquam caulam, sive præparationem vita æternæ: sed potius scientiæ nostræ, qua scimus nos transisse à morte in vitam. Et vero causam suam non potest præcedere effectus: neque præparationem, id quod est consequens. Atqui Ioannes præsentem dicit dilectionem: *Diligimus,* inquit: *At translationem præteritam, Translati sumus.*

XL. Concilium Arausicanum canone postremo, *Deus fidem & amorem sui prius inspirat, ut & Baptismi Sacraenta fideliter requiramus:* & post Baptismum cum ipsis adiutorio, ea quæ sibi sunt placita, implere possimus. Catholice id quidem: sed quis non videt pertinere ad sanctificationem? Cum sermo sit de iis, quæ ipsi facimus? Etenim non tantum implere quæ Deo grata sunt, sed etiam requirere Baptismum, opus est nostrum: quod etsi sit à gratia Dei præueniente, tamen sit à nobis.

XLI. Non probavit igitur, dilectionem esse præparationem iustificationis. At nos probamus non esse tribus argumentis. Primo. Si dilectio nostra præparatio iustificationis, ergo ante diligimus Deum, quam iustificemur. Consequens pater ab ipsis aduersarius; qui præparations dicunt tempore præcedere. Absurditas consequens constat: quia, si ante diligamus Deum, quam iustificemus: ergo ante diligimus, quam diligamus. Ratio consequens, quia neminem diligit Deus, nisi iustificatum. Absurditas consequens demonstratur ex capite quarto primæ Ioannis, *In hoc est charitas, non quod nos dilexerimus Deum; sed quod ipse dilexit nos.* Ioannis decimo quinto, *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Ad Romanos quinto, *Commendat suam erga nos caritatem Deus, et quod quum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est.* Et post, *Quum inimici essemus, reconciliati fuimus Deo.*

XLII. Bellarminus responderet: Deum priorem diligere: sed diligendo paulatim, & per media facere iustos: primum, vocando ad fidem; tum spem timorem, dilectionem inspirando; postremo iustificando. Sed primo, ponit nullum, nempe, paulatim iustificare: nisi id ipsum sit sanctificare: quam homonymiam alias obseruauimus: & nunc monemus nusquam vivari ab aduersariis, qui si non sint Sophiste, nihil sunt. Secundo, si prior diligat Deus, & diligendo iustificat: ergo obtinemus, quod volumus. Nemo enim diligat Deum, nisi iustificatus: quod Bellarminus non est ausus impugnare. Et pater sua luce. Nam dilectio Dei opponitur odio. Atodium Dei est propter reatum peccati. Itaque, quamdiu reus est homo peccati, tamdiu odio haberi oportet à Deo. Si ergo quem amerit Deus, oportet eum non esse reum peccati: nemo est autem non reus peccati, nisi condonetur ei, remittaturque peccatum: id est, iustificetur. Nam remissio est iustificatio ipso teste Bellarmino de iustificatione libri 2. c. 13. *Iam sepe diximus, iustificationem esse remissionem peccati: & remissionem peccati esse iustificationem.*

XLIII. Secundum argumentum nostrum. Quicunque habet Spiritum Sanctum, is est iustificatus. At quicunque diligit Deum, habet Spiritum Sanctum. Ergo quicunque diligit Deum est iustificatus. Ad minoris probationem vñ sunt quidam illo ex ad Roman. 5. *Charitas diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis:* nec refutatur a Bellarmino. Sed nos existimamus nominari potius caritatem Dei in nos, & alias notavimus. Verum res est perspicua: quia diligere Deum, vel a gratia est, vel à natura. At non à natura: quia est bonum donum. Omne autem bonum donum est à gratia. Quod si a gratia, ergo a Spiritu: quia omnia a spiritu. Scriptura tribuunt Spiritui. Tum autem paulo ante Concilium Arausicanum, docuit inspirari à Deo fidem & amorem sui.

XLIV. Bellarminus distinguit dilectionem perfectam, & imperfectam. Illam, concedit esse à Spiritu Sancto inhabitante: haec minime: sed posse haberi sine eo, quamvis non sine auxilio speciali. At nos perfectam dilectionem in hac vita nullam agnoscimus. Nam perfecta, ea est cui nihil addi possit. Dilectionem autem nostram, quamdiu hic vivimus, posse semper augeri: nemini dubium. Itaque dilectionem imperfectam, oportere dicimus esse à Spiritu Sancto: vel nullam dilectionem Dei in hac vita esse à Spiritu Sancto: quod est absurdissimum.

XLV. Tertium argumentum nostrum. Quicunque Deum credit sibi placatum, is est iustificatus. At quicunque amat Deum, is credit sibi Deum esse placatum. Ergo quicunque amat Deum, est iustificatus. Maior pater, quia iratum Deum nemo potest amare, sed horrere potius, tanquam leuerum iudicem, & paratum punire.

XLVI. Responderet, negans minorem. Posse enim diligi Deum iratum: Si quis crederet, & iuste esse iratum, & tamen propensum ad clementiam, speretque brevi placandum. At quicnos negamus, posse sperari brevi placandum, nisi iis qui sunt in Christo Iesu. At nemo est in Christo Iesu nisi iustificatus: teste Paulo ad Roman. 8. *Nibilest condemnationis iis qui sunt in Christo.* Itaque verum id est, quod Bellarmin. docet, sed infidelis dun-

taxat, qui labuntur in peccata: nam hi & Deum apprehendunt icatum; & tamen amant: sed quæ iustificati sunt est, amari se cuncta Deo. In in fidelibus autem, & non iustificatis, nihil aut est, at testis potest eiusmodi.

XLVII. Atque hæc tenus dilectio. Sequitur pœnitentia: quæ definit, dolorem, ac detestationem peccati. Hanc esse præparationem ad iustitiam probat, Actor. vndecimo, *Ergo & Gentibus pœnitentiam Deus edit ad vitam.* Post. ad Corinth. 7. *Quæ secundum Deum tristitia est pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Ezechielis decimo octavo, *Quum auerterit se impius ab impietate sua, ipse animam suam viuiscabit.* Hinc argumentum. Si pœnitentia datur ad vitam, id est, ad obtinendam vitam: si dolor de peccatis propter Deum susceptus, pœnitentiam in salutem operatur, si is qui pœnitentia agit, ipse animam suam viuiscat. aut quomodo pœnitentia non iustificat?

XLVIII. Respondeo: primo pœnitentiam non apte definiri per solum dolorem, ac detestationem peccati. Semper enim in Scripturis significare præterea mutationem in melius. Sed hoc tamen nihil ad rem præsentem. Secundo: negatur consequentia: nam, vita, salus, anima viuiscatio non significat solam iustificationem: sed viuiscam redemptionis & economiam. Itaque nihil verius, quam si quis dicat, quicunque agat pœnitentiam, huc seruari: quod docent citati loci. Sed falso tamen, pœnitentiam esse præparationem iustificationis: fallit, pœnitentiam iustificare.

XLIX. Restant præparaciones duræ. Una propositum ac desiderium sacramenti recipendi. Altera propositum vita noua. De priori, Ioannis 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.* Vigefino, *Quorum remiseritis peccata, remisuntur vobis;* & quorum retineritis: retentia sunt. Argumentum. Qui iam dicit, necessarium medicinam ad curanda peccata, lauacrum esse Baptismi, & post Baptismum reconciliationis potestatem Sacerdotibus concessam: certe non potest recte depositus dici ad iustificationem, nisi eiusmodi media desideret, ac acquirat.

L. Respondeo: ridiculam esse argumentationem: qui non querit Baptismum, non est recte dispositus ad iustificationem: Ergo querere Baptismum, est dispositio ad iustificationem. Nam similiter, Qui non operatur bona opera, non est dispositus ad iustificationem: Ergo bona opera sunt præparatio ad iustificationem: quod tamen absurdè concluditur, & contra Paulum. Imo aliud quicquid est, non esse dispositum ad iustificationem: phrasis est Papistica: & absurdæ: quandoquidem iustificationis nulla præparatio est. Porro, si quod inde legitimum est argumentum, non est nisi à consequenti, quo sublatto, tollitur antecedens. Nimurum, quia iustificatum, tū alia, tum sacramentorum sequi solet perceptio. Est autem præparatio antecedens, non consequens.

LII. De postrema dispositione citat ex Ezech. 18. *Proicite à vobis omnes iniqvitates vestras, & facite vobis cor nouum, & Spiritum nouum.* Et Augustinus de fide & operibus, repellentem quorundam errorem, qui docebant admittendos esse homines ad Baptismum, etiamsi vitam & mores emendare nolent.

LIII. Mira supinitas! Enimuero, quis Bellarmino persuasit Ezechielem agere de iustificatione? At nos de sanctificatione potius. Neque enim iustificationem nostram nos vlo modo facimus: sed Iesus Deus in nobis. Quis n. inquit dixit: ipse sibi fideles condonare peccata? At propheta dixit *Proicite facite:* non proiiciat Deus, faciat Deus. Rursus quis persuasit, agere de præparatione, & non de perfectione? Nā, proiicere, sive abiicere omnes iniqvitates, non est, puto incipientium: cui impares ipsi sunt promotores. Deinde, quis persuasit, agere de solo proposito nouæ vita, & non potius de ipsa noua vita? Atqui, noua vita sanctificationis est. Augustinus negat admittendos ad Baptismum, qui nolunt vitam mutare: Ergo vita mutatio, est præparatio iustificationis: que stupidum: Baptismi si diceret, posset tolerari: sed aliud est Baptismus, aliud, iustificatio: nimurum, illud huius Sacramentum.

CAP. X.

De separatione fidei & operum.

I. Tertium argumentum huiusmodi debuit esse. Nulla fides à spe dilectione, ceterisque virtutibus separata, iustificare potest. At omnis fides sola est separata à spe, dilectione, ceteris. Ergo nulla fides sola iustificare potest. Hæc forma, vt aperta est, & simplex, ita paralogismum prima statim fratre detegit, *Propterea aperte operum: quum sola fides iustificat, significat in antecedente, fidem solitariam, in consequence autem, solam iustificare.*

II. Sed Bellarminus vnum fatagens, vt versipelli artificio, simplicioribus negotiis facilliteret, hypothericam formulam prætulit, vt copulariæ maioris cum conclusione, postea longis anfractibus confirmaret. Sic igitur. Si fides, à spe dilectione, ceterisque virtutibus separatur, sine dubitatione iustificare non potest. Ergo fides sola iustificare non potest. Quod ipsum tamen expeditius foret. Si fides separata à spe, dilectione, ceteris, non iustificat: Ergo sola non iustificat. Nam vt conceptum, anfractuosum est; & illud sp̄e geminæ hypothecos: quæ tamen vna est.

III. At nos consequentiam negamus: non illam, ne quis erreret, quæ dicit, si fides separatur à spe caritate, ceteris, non posse iustificare: nam hæc nostra est doctrina, aduersus Papistas: qui cum non negent, fidem iustificare: tum hanc fidem non abstrahunt cogitatione: sed re distrahit ab omnibus ceteris virtutibus. Negamus ergo illam, quæ dicit, Si fides separata à spe, dilectione, ceteris, non iustificat, ergo solam non iustificare. Quomodo, si quis dicentem audiret, Pulmones separati ab hepate, non possunt respirare: ergo pulmones soli non respirant, si oculi aulsi à crano non vident: Ergo non soli oculi vident: negaret legitimam esse consequentiam.

IV. Hanc ille consequentiam confirmatur. Si tota vis iustificandi esset in sola fide, ita vt ceteræ virtutes, quamvis præsentes, ad iustificationem nihil omnino conferrent, fides tam iustificaret illis absensibus, quam præsentibus. Quare, si absentibus non potest: ergo vis iustificandi non est in sola fide.

V. Respondeo, rursus negari consequentiam. Quomodo negatur consequentia, si quis dicat; Si tota vis respirandi sit in pulmonibus: ergo aequum pulmones spirabunt diuili ab iocinore, aliique visceribus, ac coniuncti. Nam utrumque verum; & totam vim respirandi esse in pulmonibus: & non posse tamen respirare avulsos ab iocinore; & ex teris visceribus. Nam coniunctionis necessitatem afferit, non ipsa respirandi vis, sed integritas, sive via pulmonum, quae nulla est separata: ea autem si nulla, tum vis respirandi nulla. Similis ratio fidei: quae viua nulla absque carteris virtutibus: mortua autem vim nullam habet respirandi.

VI. Huius consequentiae insuffitatem, mira stupiditate Bellarminus dissimulat: neque illa vel reuissima firmat coniectura: adeo sui praefidens est. Diuertit autem ad geminani disputationem. Vnam, quae confirmat illud antecedens: fidem a spe, dilectione, carteris separata, non posse iustificare: Alteram, quae prober, posse reapti fidei veram sic separari.

VII. At nos stupiditatem illam merito expiobrantes, ceterum dicimus, utramque hanc disputationem succedaneam, esse importunam. Postriorem quidem; quia iam olim suo loco transactam: huius ipsius tomis libri duodecimi cap. sex postrem. Primum autem, quia nos illam sive propositionem contradictionem, ut vocat Bellarminus: sive, ut nos malumus, enuntiationem categoricam, nulli inquam negauimus. Itaque permitto sane otiosum Sophistam libere suo arbitrio euagantem, bonas horas male collocare.

VIII. Tantum obiter moneo, inepte blaterare de nostris rebus. Nam & nos singit docere, per omne peccatum, amitti fidem: cum contra, constanter teneamus, veram fidem nunquam amitti: atque ita disputauerimus libro 13, extremo. Praterea, id quod dicimus, fidem non nisi relativa iustificare, sic interpretatur, quasi sentiremus fidem & iustitiam esse relativa: cu[m] nos potius intelligamus, fidem referri ad Christum, sive merita: nempe, eatenus fidem iustificare, non quod ipsa iustos efficiat: sed quod Christum nobis applicet, sive, ut loquitur Paulus, per eam in cordibus nostris habitet Christus, qui una est vera nostra iustitia.

C A P. XI.

De remotione causarum, proprie quas sola fides iustificat.

I. Quartum argumentum esto adhuc ex Bellarmino: Id sumitur à remotione causarum, quae possunt redi, cur fides sola iustificat: eas autem referri ad tria capita: in primo, esse autoritatem verbi Dei: in secundo, voluntatem Dei, in tertio, naturam fidei. Haec ergo videamus: etiā πολλά sit φάντασια.

II. Primum: Si Scriptura expresse alicubi dicat, Fides sola iustificat: id sine dubio tenendum erit, etiam si nulla reddatur causa, cur ita fiat. At hoc Scripturam alicubi expresse dicere. Ergo ita tenendum. Bellarminus negat assumpsum. Et solent, inquit, aduersarii perpetuo iactare verbum Dei expressum, atque ad hoc unum caput dogmata sua omnia reuocare. Sed in hac causa destituitur isto praescio. Nusquam enim haec tenus ostendere potuerunt in sacris literis particulam, sola, eum de fide iustificante agitur. Nos autem expressum verbum proferimus, ubi habetur negotio eius vocis aut synonyma: Iacobi 2.

III. At nos primum interrogamus, quid illud sit, *expressum*. Hoc est, reine veritatem denotet, an potius sonum vocis? Nam si sonum vocis: tum vero, et si verum sit, quaeunque expresse dicantur in Scriptura, sic esse tenenda: tamen negamus reciprocationem admittendam: ut quaeunque tenenda sint, expresse continantur in Scriptura, id est rotidem literis. Negat etiam Bellar. ipse de iustificatione libro 3 c. 8. Non potest, inquit, aliquid eorum esse certitudine fidei, nisi aut immediate continetur in verbo Dei, aut ex verbo Dei per evidenter consequientiam deducatur. Egregie traducens impudentem Gonterij importunitatem, cuius in lapide Lydio, vniuersitate disputationis fundamentum unicum est: quae nos docemus non legi totidec syllabis in Scriptura: unde magnificos sibi triumphos decernit: quasi uno statu, viciis omnibus iis, contra quos sudarunt, ad sanguinem usque, reliqui a que Papista paulo pudentiores.

IV. Habetimus ergo Bellarminum aequorem, virillud, expresse, permettat intelligi de rei veritate: quemadmodum in responsione ad tractatum septem Theologorum Venerorum; propositionem 10, qua sancitur, obedientiam, quam quilibet Christianus debet summo Pontifici, non esse absolutam, nec ad omnia se extendere: sed inde illa excipi, quae legibus diuinis contraria sunt, in quibus obtemperare sit peccatum: hanc, inquam, propositionem concedi expresse in sacris literis contingeri non sane, quod εἰ λέγεται, ita legatur: sed quia ex aliis, quae sic leguntur, necessaria argumentatione eruatur. Itaque, si constet, hanc particulam, Sola fides, in Scripturis contineri mediate, & inde deduci per bonam consequentiam, concedit facile Bellarminus eandem contineri expresse, ac proinde retineri debere.

V. Sed negat constare: At nos, inquam, contra iam pridem functi sumus officio, & ostendimus: tam manifeste, ut qui non videt; idem negare queat sibi unum Solem pleno meridie non lucere. Nam quid superest, post ea quae nos ipsi disputationem hoc ipso libro 3 Duo ille examinat nostra ad hanc rem argumenta. Vnum, quia Paulus dicat, *iustificari ex fide sine operibus*: alterum, *iustificari gratis per gratiam ipsius*. Et quid quas lo, in iis desiderat? Audiamus, hoc est, eandem telam retexamus, quando ita videtur Sophista.

VI. In priore contendamus: idem esse per fidem sine operibus, legis, quod per fidem solam. Et merito, nisi nos, quicquid rationis est, fallat. Nam, cum è duabus solis, si unum demas, necesse sit remanere alterum solum: quia si non solum, ergo non essent duo tantum, sed plura: Conster autem, non posse obtendi ad iustificationem nisi opera, & fidem: certe ne Pythagoras quidem negaret a sensu, solam fidem r. inqui.

VII. Verum acutissimus Bellarminus, ut nihil esse doceat tam perspicuum, quod non possit obscurare: & efficere ne id quidem sciri, quod sciatur. Quare, inquit, utrum illud sine operibus excludat omnia opera, & omnem legem: an tantum aliquod genus operum, & legum?

Tom. III,

Cause. Sed exspecto, quo sum. Si excludat omnia opera: Ergo & fidem ipsum. Nam actus fidei est quoddam opus & quid ni insigne. Ioannis sexto, *Opus Dei est, ut creditis in eum, quem misi ille*. Rursus, si excludat omnem legem: quum sit quedam lex fidei; ad Rom. 3 Ergo excluderetur etiam lex fidei: Non igitur, inquit, excluduntur omnia opera omnisque lex: sed tantum quoddam genus operum, & legis: nimirum, opera facta ex solidis viribus naturae: & lex Mosaica. Quod si non excludantur omnia opera, & omnes leges: ergo sola fides non iustificat.

VIII. En Chrylippeos laqueos! Respondeo, non excludi opera, sed negari, iustificationem ex operibus: non excludi legem, sed iustificationem ex lege operum. Itaque ludere Sophistam ambiguo: ac si excludi opera, significaret, nec praesentia quidem esse debet: quam nobis calumniam afflicant multi: atque adeo omnes, qui obiciunt Siphonianos, Valentianos, Eunomianos. Sed hoc sensu constanter docemus nulla opera excludi.

IX. At excludi iustificationem ex operibus, significat, negari operibus ullam efficaciam esse ad iustificandum nos apud Deum, sive ad remissionem peccatorum. Actum nulla opera distinguuntur, sed omnia uno fasce comprehenduntur. Ratio, quia ad iustificandum nulla aliqua opera sufficiunt, sed omnia sunt necessaria: quia, qui offendit in uno, sit omnium reus: & maledictus, qui non permanens in omnibus, quae scripta sunt in lingue. Quare ab efficacia iustificandi excludenda sunt aut omnia, aut nulla. Breuerit: ex nullis operibus iustificatur homo. Alioquin, vel omnibus simul, vel quibusdam. At non omnibus, quia nemo est, qui omnia possit iustificare: cum omnes transgressi sint legem. Non quibusdam: quia sic iustificaretur ex operibus, qui tamē legem ex parte obseruasset ex parte esset transgressor, quod est absurdum.

X. Sed inquit, si omnia opera excluduntur, ergo & fides. Dicit planius. Si ex nullis operibus iustificatio, ergo neque ex fide. Nego consequentiam. Nam Paulus constanter opponit, iustificari ex fide, & iustificari ex operibus: atque adeo hoc sensu fidem & opera. Ad Roman. 4. *Qui non operatur, sed credit*. Atqui, inquit, fides est opus. Frustra inquam, dicendum enim fuit, fides est omnia opera: quod falso. Est enim unicum duntaxat opus. At unum opus, nullum aut iustificat, aut iustificare potest: sed omnia simul. Itaque cum fides non sit omnia opera; non tantum non omnia opera iustificant: sed ne ullum quidem opus. Propterea in statu controversia, dictum, fidem iustificare, non quatenus opus est, sive per se: sed relativa, id est quatenus significat applicationem iustitiae, id est, non nostra, sed aliena. Enimvero, iustificatio ex operibus nulla datur, nisi ex propriis: & non ex alienis.

XI. Si omnis lex excluditur: ergo etiam lex fidei. Imo lex in hac questione refutatur semper ad opera: & ideo promiscue hominari audias Legis opera, & legem operum. Itaque seculis, excludi eam legem, quae constituit iustificationem ex operibus. Vnde non sequitur, excludi legem fidei: cum haec non sit lex operum. Quanquam legem fidei, semel tantum Paulus dixit: & quidem, ut non absurde consentit docti, allusione ad Hebreum nomine, πάτημα, quo & lex proprie quae imperat, vetatque, & generalius, doctrina designatur.

XII. Ridicule vero: Si iustificatio ex fide non excludat omnia opera: sed tantum quædam: ergo excludere tantum opera facta viribus naturae: vel ex sola cognitione legis Mosaica. Quibus enim argumentis ille hanc consequentiam demonstratur? Quibus forcipibus, hoc consequens, eduxit ab illo antecedente? Atqui præcedentia, si quicquam probarunt, probarunt duntaxat, non excludi fidei. Sola autem fides, non opponitur solum operibus factis ex viribus naturae: sed omnibus omnino operibus. Ratio manifesta quia unum sit opus, non plura. At opera facta ex viribus gratiae, sunt plura. Ut si negem stellas diem inferre: & ostendat quis Solem, qui in stellis numeretur, a censu supra horizontem facere diem: indeque concludat, nō omnes stellas excludi: sed duntaxat eas, quae remanent infra horizontem: non efficiat quantum est sophistes in scholis Iesuiticis, ut non cachinnos immanes exciterit in Ptolomaei ludo. Ceterum, de his ipsis distinctionibus actum suo loco.

XIII. Rursum dicebamus: Si gratis iustificamur: ergo sola fide. Ille negat sequi: nempe excludi duntaxat merita, quae sint nobis, ex nobis: non autem dona Dei. Sed hoc ille nunc *πρόβλημα*. Ast a nobis eriam suo loco refutatum.

XIV. Sic fit transitus ad secundum caput, quod fuit à voluntate Dei. Non videntur, inquit, aduersarii in isto magnam spem pónere: quippe qui, ut plurimum negare solent, Deum nos iustificare ob meritum fidei aut propter nostræ fidei virtutem. Ceterum, si admittant, fidem solam ideo iustificare, quia Deus requirit conditionem solius fidei, manifestis Scripturarum testimonis repugnat: quae multo apertius exigunt ad iustificationem conditionem pœnitentiae, & sacramentorum, quam ipsius fidei. Ezechielis 18. Luce 13. Io. 3.

XV. At nos in hoc capite maximam spem ponimus: imo omnem spem ponimus, contra quam nūgator dixit Bellarminus: Nam, cum Dei solius sit haec in iustificare: profecto vniuersam rationem iustificandi oportet pendere ab eius voluntate: Itaque nihil certius apud nos, istoc axioma: Ideo solam fidem iustificare: quia solam fidem iustificare Deus voluit, institueritque. Et vero, quae opponitur ratio, rationis ne micam quidem obtinet. Nam, quod genus est consequentia. Aduersarii negant, Deum nos iustificare ob meritum fidei, aut virtutem: Ergo non multum spem ponunt in isto capite de voluntate Dei. Ego me fatebor penitus cœcum esse, si quisquam alias videat huius argumentationis vim. Ceterum, nos quidem hoc caput non numeramus seorsim a primo: quia voluntas haec Dei, non potest aliunde constare, quam ex Scriptura. Itaque quum docemus in Scriptura expresse doceri, solam fidem iustificare, eo ipso fidem nos facere confidimus voluntatis diuinæ.

XVI. Sed tum vos, inquit, manifestis Scripturæ testimoniis repugnatis. Imo, hoc ipsum est, inquam, quod tota haec disputatione confutatur. Scripturæ, inquit, apertius exigunt pœnitentiae conditionem, & sacramentorum, quam fidei. Imo, inquam, hoc ipsum haec controversia in oppositam patrem demonstrat: Et, qui citantur loci, non sunt dissimiles iis, qui expensi nuper, capite nono. Si pœnitentiam agat peccator, viuet, inquit Ezechiel, ita sane verum, haec non est conditio ad iustificationem.

R. 3
nem

nem, sed ad vitam, quæ ex iustificatione: itaque consequens iustificationis, non conditio ad iustificandum. Nisi pœnitentiam egeritis, peribitis, inquit Christus. Optime, quia omnis iustificatus agit pœnitentiam: itaque, qui non agit pœnitentiam, non est iustificatus: omnis autem non iustificatus peribit. Itaque argumentum est à consequente iustificationis. Nisi quis renatus sit ex aqua, & Spiritu, non intrabit in regnum cœlorum, ait Dominus. Atqui, neque Baptismus est conditio, sed Sacramentum iustificationis, neque ingredi regnum cœlorum, est iustificatio, sed consequens iustificationis sive significat salutem æternam, ut multi putant sive aditum ad Ecclesiam, ut nonnulli, quod alias diligenter sumus examinatur.

XVII. Restat caput tertium, de natura fidei. Solam ergo iustificare, quod sola promissionem iustificationis, sive ipsam iustificationem apprehendat, applicet, & nostram esse faciat. Nempe, hoc ipsum est, quod aliter dicimus, fidem hic relativa nominari: hoc est, non simpliciter, qua credimus: sed qua credimus in Christum crucifixum: nectancum crucifixum: sed pro nobis crucifixum. Quod neque caritati, neque pœnitentiæ, neque alijs virtuti proprium est. Nam etsi mortem Christi supponant: tamen, cum latius patent: nam amatur non tantum Christus, sed etiam proximi: & pœnitentia pro obiecto habet recessum à quolibet peccato, accessum ad quamlibet virtutem: tum id ipsum per alium, nempe, per fidem. At fidei hoc unum opere pretium, proprie ac directe credere in Deum per Christum. Quia igitur a Deo per Christum iustificatio est: & fides sola per se fertur in Deum per Christum: ideo sola fides iustificat.

XVIII. Bellarminus, Bellarminoque breuiator, variis conatibus hoc caput impetrunt. Primo, negant fidem proprie apprehendere. Nam apprehensionem referri ad intellectum, & esse cognitionem rei, prout in specie representatur: & distinguunt a iudicio, apprehensa discernente, diudicanteque veram sit, an falsa. Illam apprehensionem cognitionem præexigi quidem ad fidem, sed non esse pro prie ipsam fidem: quem etiam infideles apprehendere possint mysteria fidei, quæ nihilominus non credant. Itaque fidem consistere potius in iudicio, quam in apprehensione.

XIX. Sed hic lulus est puerilis, ab aequiuocatione apprehensionis. Omnis, inquit, apprehensio, intellectus est & cognitione rei. At fides non est cognitione rei: & iudicij, magis quam intellectus. Ergo fides non est apprehensio. Nimis, quia in scholis ita soler dici intellectum apprehendere imagines rerum ex quibus formetur cognitionis habitus. Sed nos ridemus Sophistas, hæc aliter metentes vocabulorum proprietatem, quam ex vmbrosis suorum gurgustiorum ludificationibus. Scilicet, id superest, ut nobis persuadeant illud, Apprehendite disciplinam, quod legendunt in suo Psalterio, nihil aliud velle, quam concipite in intellectu vestro imaginem disciplinae. Nec alia notione explicandum, Proverbiorum tertio, Sapientia lignum est vita & apprehendentibus eam. Et prioris ad Timoth. sexto, Apprehendite vitam eternam, omnia hæc inquam, & plurima alia nihil sonant, nisi inanem imaginationem, qualem habent, mysteriorum fidei, iij qui non magis mysterium fidei credunt, quam fabulis Aesopi. An per seipsum in promptu est absurditas? Certe Bellarminus in Psalmum secundum Gracum ἡδεῖ est, in vulgata editione, apprehendit non significat simpliciter suscipere, sed magno affectu rapere, & complecti, & firmiter retinere: quomodo quis completetur ad osculanum personam valde amatam.

XX. Negamus ergo, apprehendere nunquam referri, nisi ad intellectum, & phantasias, sive imagines, quæ formentur in sensu communis. Imo contendimus, plerunque ad voluntatem pertinere, quæ in rem, & per eas imagines cognitam, & per iudicium discretam, feratur toto impetu. Itaque, apprehensionem proprie tribui fidei: quæ apprehendat vere Christum, apprehendat vere ab eo iustificationem. Nam fidei suas partes esse in voluntate alias disputatum est. Eo sensu, Paulo dictum, ad Roman. 9. Gentes quæ non se habant iustitiam, apprehendisse iustitiam, iustitiam autem, que est ex fide.

XXI. Hic ergo primus conatus est puerilis. Succedat alter: quum quasi conceditur fidei esse apprehensionem. Hic ergo aliter Bellarminus, aliter Breuiator. Ille: Esto, inquit, apprehendatur aliquando iustificatio per fidem: at certe non ita, ut re ipsa iam habeatur, & inhæreat, sed solum, ut sit in mente per modum obiecti, acti: one intellectus, aut voluntatis apprehensi. Atqui hoc modo apprehendunt etiam, amor & gaudium. Augustinus, octauii Confessionum secundo, Volebant eum omnes rapere in corium, & rapiebant amando, & gaudendo. Ha rapientium manus erant. Si ergo fides iustificat, quia iustitiam apprehendit dum credi, aut confido, me esse iustum per Christum: ipsa etiam caritas iustificat, dum diligo, & gaudeo me esse iustum per Christum.

XXII. Concedo, non ita apprehendi iustificationem, ut inhæreat: nam nos contra, negamus esse inherentem: sed ut non re ipsa iam habeatur, vehementissime falsum. Nihil enim verius, certius, firmius habetur, quam à fideli sua iustificatio hæc quæ per fidem apprehenditur. Non enim ludit nos Deus. Ast eo modo apprehendunt amor, & gaudium. Negatur inquam. Nam apprehendunt secundario, & mediate, per fidem: id est, amat quis iustificationem, & gaudet de iustificatione; quæ per fidem iam est apprehensa. Nam iustificationem nihil ad se pertinentem nemo amat, ideo neque de ea gaudet. Certe Diaboli, credo, neque amant iustificationem fidelium, neque inde gaudent: quam tamen imaginare apprehendunt.

XXIII. Breuiatoris geminus est impetus. Prior, sicut in fide est duplex ratio, una meriti, altera apprehensionis, ut apprehensio est: sic in pœnitentia, dilectione, ceteris, duplice facile inueniri posse: unam generalem, nimis rur meriti: alteram specialem, qua proprium r. spicit obiectum, & qua dilectio vnit per affectum: pœnitentia dolet propter delictum, vel timorem pœnae. Ergo pari ratione ceteræ virtutes ob illam specialem rationem, poterunt spectare ad iustificationem.

XXIV. Sed primo meriti rationem, aut in fide, aut in yllis aliis virtutibus, nullam sanus Theologus potest agnoscere. Sed ea controversia tamen in praesens dissimulata, reliquum videamus. Esto que geminata-

IV STIFICANTE.

tio fidei, una meriti, alia apprehensionis. Est etiam, inquit, gemina in reliquis virtutibus. Quænam illa, inquam? Una meriti, altera ad proprium obiectum. Esto & hoc, inquam. Quid tum? Ergo pari ratione ceteræ virtutes poterunt spectare ad iustificationem. Unde hoc vero? Nam tu quidem tibi sumis admodum audacter. At non nos tam faciles, ut nulla persuasi concedamus. Certe, nisi tu lectores tuos irides, oportet te ponere eandem illam rationem, quæ est cuique virtuti ad suum obiectum, esse apprehensionem iustificationis. Nam si fides ad iustitiam pertinet, quia non tantum sit meritum, sed etiam apprehensio iustificationis: pars autem ratio ceterarum virtutum: Ergo in ceteris virtutibus oportet esse & meritum, & apprehensionem iustificationis. At hoc tu nec ponis, nec potes ponere; quandoquidem hanc secundam rationem dices respicere cuiusque proprium obiectum: atqui hoc modo iustificationis eset, non proprium cuiusque, sed omnium commune obiectum, quod est absurdum.

XXV. Alter impetus. Vel fides nullum habet meritum: vel apprehensio ipsa non poterit separari in genere moris, à ratione meriti: quia ipsam aprehensio est meritoria. Ergo fides, ut meritorum opus, spectat ad iustificationem.

XXVI. Nos vero, inquam, facile patimur nobis persuaderi, fidei nullum esse meritum: ideoque negari fidem, ut meritorum opus, spectare ad iustificationem: ut te breuiator videat, etsi his duabus rationibus suum auxerit Bellarminum, tamen a quo breuiorem fuisse, omisso altero sui dilemmatis cornu, cui tamen necessaria erant unimenta.

XXVII. Postremo Bellarminus. Quid obsecro, respondere poterunt ad applicationem iustificationis, quam ipsi idem per Sacra menta fieri docent; dum contendunt, hæc esse quasi visibilia verba, quæ generales promissiones applicantur, qui rite Sacra menta suscipiunt, eaque speciales de generalibus esse faciunt. Quod si Sacra menta promissiones applicantur, & nostras faciunt; non ergo per modum instrumenti applicantis, fides sola iustificat.

XXVIII. Nos vero, inquam, respondebimus, & quidem facile; quod olim Paulus de Abraham respondit, ad Rom. 4. Et signum accepit Circumcisio, signaculum, sive ut Beza vertit, quod ob signaret iustitiam fidei. Ide, Sacra menta, non ipsa per se iustificare, sed ob signare tantum iustificationem ex fidè. Itaque, nihil obstat, quominus sola fides iustificet per modum instrumenti applicantis: quomodo, etsi annulus in arrabonem detur contracti matrimonij, tamen nihil obstat, quominus solo consensu matrimonii contrahatur.

XXIX. Arque hic finis esto huius argumenti. Nam, quas nobis affingit solunones, ut refutet, nostrum non est in iis tempus occupare. Nihil facilius, quam aduersarii straminea arma aptare. Hoc tamen si licet, næ hæc magni constabit victoria. Sed cordati viri abhorrent ab eo ludicro certamine. Viderit Bellarminus, quanta sua cum laude, deleteretur. Breuitas pudor non est passus, ut compendio suo hanc partem dignam censeret.

CAP XII.

De modo iustificationis per fidem.

I. Quidam argumentum est à modo, per quem fides iustificet. Quicquid iustificationem impetrat, promeretur, siveque modo inchoat: id ipsum iustificat. At, non tantum fides, sed etiam dilectio, pœnitentia, & ceteræ virtutes, impetrant, promerentur, inchoant iustificationem: ergo non fides tantum, sed etiam dilectio, pœnitentia, & ceteræ virtutes iustificant. Debuit in hanc formam argumentatio compingi, ut esset facilior & expeditior. At cum concessio maiore: illi disputationem veniret minor.

II. Sed Bellarminus aliter maluit, ut prolixius nugaretur. Præcipita, inquit, causa cur aduersarij soli fidei iustificationem attribuant, illa est, quod existimat, fidei non iustificare per modum casus, aut dignitatis, aut meriti, sed solum relatione, quia videlicet credendo accipit, quod Deus promittendo offert. Nam si persuaderi possent, fidei iustificare impetrando, ac promerendo, ac suo quodam modo inchoando iustificationem sine dubio non negarent, id etiam dilectioni, & pœnitentiae, aliisque virtutibus. Breuiator breuius. Fides iustificat, promerendo, impetrando, & suo quodam modo inchoando iustificationem: nem. At id nequit negari dilectioni, pœnitentiae, aliisque virtutibus. Ergo. Hoc ita posito, sumit sibi probandum duntaxat antecedens: & demonstrandum per partes; nempe, fidem primo causam esse iustificationis: secundo, inchoare iustitiam: tertio, mereri iustificationem.

III. At nos, utrumque negamus potius, nimis, tum antecedens, tum consequentiam: & miramur cuicunque potuisse hanc in mentem venire: aut cum venit, non potuisse a Bellarmino confirmari, illa saltem certissimæ ratione. Nam, quod air, nobis cam præcipuum causam esse assertenda iustificationis per solam fidem, quod non credamus eam promerenti impetrare inchoare: meras nugas agit. Nam primo, negamus hanc præcipuum esse: quia in rebus religiosis solemus semper primas deferre voluntati diuinæ patefactæ in Scripturis; at hoc manifestum est, Deum tribuere iustificationem soli fidei, ut iam demonstratum est. Deinde, si illa præcipua esset ratio, ergo non sola: nam quæ vñica sunt, ei præcipua dici non solent. Quod si alia sint causæ, cur fides iustificet. Ergo aut has oportet concurrere in dilectione, pœnitentia, ceteris, aut non sequi, has etiam iustificare. Quod si ita est, tum absurdum consequentia est, si persuademur dilectionem pœnitentiam, ceteras eandem causam obtinere. Ergo persuadum iri, has etiam iustificare. Exempligratia: certum est, præcipuum causam oculis videndi, esse eorundem integratatem, sive sanitatem: quia, neque mortui quicquam vident: neque ægri, bene. Et omnino, ut alia quedam causæ accedant, tamen illa est omnium fundamentum. Atqui eadem causa in reliquis est membris, pura auribus, naribus: An igitur auribus, naribus vim esse concludimus videnti.

IV. Si Deo exigenda sua esset voluntas, à rerum quibus vñitur, sive ratio-

ratione, sive proprietatibus, posset non nihil eiusmodi in mente venire. Theologis, ut a similibus causis, similes voluntatis diuinæ motus concluderent. Sed quis nescit, non voluntatem Dei pendere à ratione, sed rationem potius ab ea voluntate? Atque in hominibus quidem iolent ei usmodi consequentia probari, eum de rebus agitur arbitrijs. Quis negat potuisse rationes proponi Sauli, ob quas filia sua nuptias alij promitteret, quam qui Gohatum ecclissit? Et tamen nulli alij promittit. Non quod nullæ rationes essent, sed quod erat res sui arbitrij: huc autem hoc arbitrium inclinarit. Eodem modo, nemo interrogat, cut Christus in Sacramentis, solum lauato aquæ adscriperit regenerationem, cur non lauacrum, quod tamen vi naturali, non tantum abstergit, sed etiam magis abstergit? Vnica id voluntas efficit. Similiter dico: etiæ constarer, & que dilectionem, pœnitentiam, careras virtutes, meriti, impetrare, inchoare, ac fidem, tamen non sequeretur his fruis assignatam iustificationem, nisi proibes, & que Deum voluisse. Atqui hoc ne tentauit quidem Sophista: quare ne conqueratur, si coachianos referat.

V. Sed antecedens tamen contendimus esse falsum: hoc est, fidem, neque mereri, neque impetrare, neq; inchoare iustificationem. Si enim ita esset, ergo tum ratione, tum tempore fides præcederet iustificationem: quod nullo modo concedi debet. Est enim fides ipsa per se pars sanctificationis; at sanctificatio nulla, nisi post iustificationem quare, & natura prior est. Quæ causa est, quare fidem dicamus non nisi relatiuè iustificare, id est, quia Dei misericordiam habeat peculiare obiectum cui innatur: hæc autem propriè iustificat: sicut super fidem Petri iustificata est Ecclesia relatiuè, id est, super Christum, quem fides Petri erat con'sessa. Quomodo paulo post, hoc ipse capite Bellarminus interpretatur Christum, idem in Christum, c. 3, prior ad Corint.

VI. Probat ergo Bellarminus, fidem esse causam iustificationis, & vim habere iustificandi, ex his locis. Ad Rom. 3. Arbitramur hominem iustificari per fidem. Item, Unus est Deus, qui iustificat Circumcisionem ex fide, & preputium per fidem. Ad Roman. 5. Iustificati ex fide pacem habemus ad Deum. Ad Ephes. 2. Salvi facti estis per fidem. In his locis per eas particulas: ex per, significari veram causam, tribus argumentis conficit. Primo, ex contrario. Quia, cum Paulus neget hominem iustificari per opera, sive ex operibus, per legem, sive ex lege, sine dubio excludit efficientiam, non solam apprehensionem relatiuam, per quam nemo poterat dubitare, neminem iustificari per opera, aut legem. Secundo, ab eorum mente, quos Paulus refutabat. Hos enim non omniasse, lege operibus, quasi manu apprehendi iustitiam, sed, merito operum & legis obseruatæ sibi deberi iustificationem. Tertio, ex alijs locis, in quibus omnibus, eadem particula significant causam. Cuiusmodi loci sunt, qui dicunt, nos iustificari per Christum, per sanguinem eius, per mortem eius, item ex ipso, peripulum, & in ipso esse omnia. Item, ad Hebreos 11. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt reprobationes, obtulerunt ora leonum.

VII. Respondeo, posse etiam locos profetri vnde probemus, has particulas non semper significare causam: Matth. 20. Paetus cum operariis ex denario. Vigesimo septmo, Emerunt ex illis agnum figuli. Lucæ 1. Ex ordine tibi scribere. Replebitur ex Spiritu Sancto, adhuc ex utero matris sua. Posterior, Matth. 7. Multi sunt qui intrant per eam. Et 27. Per diem sollemnem confuerat Proses populo dimittere unum vinculum. Lucæ 5. Per totam noctem laborantes. Et 9. Discubere per conuicia. Actorum 17. Per omnia superstitiones.

VIII. Veruntamen hoc etiam missio; tum quum caussa significatur, latissimè sumendum causæ nomen, ut non tantum, aut efficientiam defigner, aut formam, sed etiam instrumentum, & modum, quo efficiens operetur. Matthæi 15. Quod egreditur ex ore. Et 21. Ex ore infantium & latenter perfecisti laudem. Luc. 1. Loquitur est per os Sanctorum. Genes. 26. Rex proficiens per fenestram. Acto. 8. Per impositionem manuum Apostolorum dari Spiritum sanctum. Et 14. Per multas tribulationes intrare in regnum Dei. Ad Rom. 1. Ad communem exhortationem percepit apud vos, per mutuam fidem vestram simul & mesme. Quarto, Ut sit Pater omnium credentium per prophetum. Mitto alia infinita.

IX. Nam vero certum est, apud nos fidem instrumentum quoddam esse sive etiam modum quendam iustificandi nostri: at non causam propriæ. Nam in instrumentis, & modis, ea etiam numerari, quæ, etiæ rem non inchoent, tamen ei exsequendæ adhibentur. Et sic iustificatum fuisse olim Abraham per Circumcisionem, tanquam per instrumentum quoddam nimirum sacramentale: quod tamen non præcessit, sed accessit iustificatio, & quidem præcedenti: ideoq; non ita ut significetur iustificatio per id instrumentum effecta; sed ob signata, qua ratione & nos per Baptismum regeneramus, non tanquam efficientem, sed tanquam sacramentaliter ob signanter.

X. Et vero Bellarminus hoc tantum sperabat se demonstraturum, fidem esse causam iustificationis in genere: id est, quum cause nomen latissime pareat, tum posse fidem aliquo modo dici iustificationis causam In quo, nos quidem aduersarios non erat habiturus. Sed post nescio quomodo sui oblitus, sumit particulas, per, & ex, non causam significare in genere sed veram causam: id est ut conjectere licet ex argumenti antecedente, impetrare mereri, inchoare, hoc enim sibi probandum sumebat. Nos igitur contendimus ijs particulis assignari vim quandam causæ: at non eam quæ sit in merendo, sic impetrando, aut inchoando.

XI. Neque hanc euincunt argumenta. Non oppositio operum, non aduersariorum sententia. Neq; enim si negetur iustificatio ex operibus, affirmata contra iustificatione ex fide, ideo necesse est, eodem modo iustificare fidem, quo modo iustificare dicuntur opera. Ut cum negant ipsi Papistæ primam iustificationem esse à gratia, non ab operibus, non tamen, putio, concludent eodem modo esse à gratia, quomodo ab operibus. Nam, qui eam tribuunt operibus, ijdem dicunt à nobis esse initia eius iustificationis. An ergo, qui eadem tribuunt gratiam, eiusdem dicunt à nobis esse initia? Omnino ad eam faciem negatur iustitia esse ab operibus, assertur à fide, vt ostendatur, non esse à nobis promeritam, impetratam, inchoatam: quia hæc omnia pertinent ad opera. Breuiter, absurdè omnino dixit Bellarminus: A posteriori tribuere fidei, quod negat operibus, & legi: vel certè

refellit ambiguitate: tribuit enim ipsam duntaxat iustificationem: at non iustificandi modum eundem.

XII. Concedimus significari veram causam iustificationis, cum dicimus, iustificari per Christum, per Christi mortem, & languinem: sed negamus sequi, itidem veram causam significari, cum dicimus, iustificari per fidem. Concederemus, si ea particula nunquam significaret nisi vnu genus causa: sed cum constet significare alias alter, non patimur virginem ea con'lectura. Eadem ratio exemplorum ex iij ad Heb. Nam fides verè est fons, & scaturigo omnium bonorum in fidelibus: itaq; eis præit semper: non autem iustificationi.

XIII. Venio ad alterum membrum: quo satagit probare, fidem inchoare iustitiam. Ad Rom. 4. Credentes in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam. Vbi ipsa fides censetur esse iustitia. Prior ad Corinth. 3. Fundamentum aliud necno potest prætere præter id, quod existum est, quod est Iesus Christus. Si quis autem edificat super fundamentum hoc aurum, argentinum, lapides, ligna, fænum, stipulas, vniuersalia opus probabit. Hic fundamentum ponitur Christus, id est, fides in Christum: omne autem fundamentum est inchoatio adiunctio. Acto ii. Fide purificans corda eorum: sciiceat, quoniam liberat à sordibus errorum, & falsarum opinionum. Eodem pertinent testimonia Veterum. Ignatij ad Philippienses, Principium via est fides, finis vero eius, dilectio. Clemens Stromat. 2. Prædit fides, timor autem edificat, persicit autem dilectio. Origenis in 4, ad Rom. Puto quod prima salutis initia, & ipsa fundamenta, fides est, profectus vero & argumenta edifici spes, perfectio autem, & culmen totius edificij, charitas. Am brosij in Psalmum 118, term. 20. Fides principium Christianum est: plenitudo autem Christiani, iustitia est. Augustini, serm. 15, de verbis Apostoli, A fide incipit homo: sed quia & damones credunt, neesse est adiungere fænum & charitatem. Et serm. 12. Dominus Dei credendo fundatur, sperando erigitur, diligenda persicitur. Prefatione in Psalmum 31. Magnum opus, sed ex fide. Laudo superedificationem operis, sed video fundamentum fidei: laudo fructum boni operis, sed in fide agnosco radicem.

XIV. Fides, inquit, inchoat iustitiam. Distinguo iustitiam imputatam, & inherentem. Inchoare iustitiam imputatam, nego: Neque vero id vili probant loci, sive ex Scriptura, sive ex Patribus. Nam ex ijs locis, folius primus ex quarto ad Rom. agit de imputata iustitia. Sed non dicit, eius initium tse fidei. Imo dicit, hanc reputari ad iustitiam: sive, vt Beza vertit, imputatur pro iustitia: Græcè, οὐτὶς τις δικαιούσθω. Itaque falso Bellarminus sumit, ipsam fidei centeri esse iustitiam. Contra enim verum est, ipsam fidei, quæ non sit iustitia, imputari, quasi esset iustitia, quod nos alias disputauimus. Reliqui omnes loci loquuntur de iustitia inherente; quia de operibus, vt manifestum est legenti.

XV. Iustitia autem inherentis initium esse fidem, cur se fatigavit ut probaret? Aut cur maluit à nobis quasi inititis extorquere, quod potuit voluntibus obtainere? Sed negamus, si sit initium iustitiae inherentis, ideo esse etiam imputata.

XVI. Superest tertium caput, per fidem nos placere Deo, & impetrare, atque aliquando mereri iustificationem. Id probat quinque locis ex Scriptura: tum aliquot Patrum testimonij. Primus locus Luce 7. Fides tuas tu te fecit, ait Dominus mulieri, cui dixerat, Remittuntur tibi peccata tua. At non recte diceretur, fides saluam facere, hoc est, iustificare, si re vera nihil faceret in ordine ad iustificationem, sed tantum acciperet indulgentiam. Docet exemplo: quia, ei qui solum ad eleemosynam porrexit manum, nemo dicat, manus tibi fecit eleemosynam, nemo ægroti Pharam manu capienti, manus tua te curauit à morbo.

XVII. Respondeo: primum, nos per fidem placere Deo, eo ipso, quod iustificemur per eam: esse enim verba tantum diuersa, sed eandem rem significari. Neq; enim placere Deo quenquam posse peccatorum, nisi supposta remissione. Quare, si id Bellarminus sumat pro argumeto, vnde hoc eliciat, probaturum idem per idem, cui sophismati adduxit nomine est. Hoc igitur missio: reliqua videamus.

XVIII. Ex eo loco, nego sequi, fidem merefi iustificationem. At saltem, inquit, non dicetur recte, saluum facere, si re vera nihil faciat, si si recipiat. Verum, inquam, hoc non erat propositum, sed mereri: hoc autem non demonstratur. Præterea negatur, si tantum recipiat, non recte dici, seruare. Nam quicunque iustificatur, seruatur. Itaque, quicunque per fidem iustificatus, per fidem seruatur, &, quomodo fides iustificat, etiam seruatur. Sed non ita manus, aut dat eleemosynam, aut curat à morbo. Factor, inquam. Sed quid tum? An non igitur fides? Negatur sequi. Sunt enim in hoc dissimilia fides, & manus. Et ratio dissimilitudinis evidens ab institutione: quia non, vt Deus constituit seruare omnem credentem, sic, aut homines eleemosynam dare poterint manum: aut medicina sanitatem restituere capienti in digitos potionem. Et tamen hoc modo Paulus dicit, Poculum quod bibimus, esse communionem sanguinis Christi.

XIX. Secundus locus: Matth. 15. O mulier, magna est fides tua. Matth. 7. Propter hunc sermonem vade, exiit demonium à filia tua. Hic aperte tribuitur fidei efficacia impetranda sanitatis.

XX. Aperte, inquit. At nos negamus. Neque parua fides, neque magna, impetrari iustificationem, generalem personæ, tanquam illi praexistens, sed tantum apprehendit. Propter eum sermonem, exiit dæmonium à filia: id vero non significat iustificationem, sed beneficium consequens iustificationem; imo etiam tempore posterius fide. Imo, inquit, Dominus ijsdem planè verbis tribuit fidei vtramque sanitatem. Nimicum, inquam, quia eadem verba generaliter significant, tum apprehensionem, tum impetrationem. Itaque, optimè alias hinc demonstrauimus, solam fidem applicare iustificationem, quia sola impetrat sanitatem. Sed non sequitur, si impetrat sanitatem, impetrare etiam eodem modo iustificationem: sicut non sequitur, tempore præcedere hanc ut illam. Etsi æquè dicamus, hominem esse animal, & brutum esse animal; non sequitur tamen, nullum esse discrimen brutum inter & hominem.

XXI. Tertius locus: ad Romanos quartu, In reprobatione non habuit dissidentia, sed confirmatus est fide, dans gloriam Deo, plenissime sciens, quia quacunq; premisit Deus, potens est & facere. Ideo reputatum est ei ad iustitiam.

DE SOLA FIDE IVSTIFICANTE.

Hoc loco causam reddit Apostolus, cur fides Abrahæ reputata sit iustitia, quoniam credendo dedit gloriam Deo itaque, placuit Deo fides illa, per quam ipse glorificatus est, & ideo merito illius fidei Abrahamum iustificauit.

XXII. Respondeo: concedi, placuisse Deo fidem Abrahæ: negari, merito fidei Abrahamum esse iustificatum. Non enim quæcunque placent Deo, ea meritum habent: sed ea tantum, quæ propriè perse: at quæ per aliud, id est, per Christum, ea meritum non habent, sed misericordiam obtinent. Itaque consequentiam Bellarminus necit alienam. Deinde falso causam reddi, quasi fides reputata sit iustitia: tantum enim describitur, quæ nam fides illa fuerit, quæ sit reputata sive imputata in iustitiam, scilicet quætis non esse iustitia, vñalias diximus.

XXIII. Quartus locus: ad Romanos 10. Quicunq; inuocauerit nomen Domini, salutis erit. Quomodo credunt sine predicatione? Vbi beatus Paulus, si ut facit causam fidei, predicationem verbi, ita facit causam inuocationis ipsam fidem: & causam salutis, id est, iustificationis inuocationem. Non igitur fides relatiū iustificat, sed quærendo, pulsando, petendo, inuocando & impetrando.

XXIV. Respondeo, primo, seruati, plus esse quæ iustificari, quia iustificatio salutis sit initium ac fundamentum: salus iustificationis finis. & ultimum complementum. Itaque inuocatio potest esse causa salutis, suo modo, & ordine, vt tamen non sit iustificationis. Secundo, non est verum, fieri inuocationem, causam salutis, vt predicationem fidei, fidem in uocationis. Nam predicatione, fidesque causa sunt efficiētes fidei, & inuocationis: at inuocatione non est efficiens salutis. Aliud est enim postulare, aliud efficere. Nisi forte comparationem indefinitè intelligas, hoc sensu, & illas causas constitut fidei, & inuocationis, & hanc iustificationis. Sed tuac nihil necesse est, vt non illas, sic ne hanc quidem causam esse accipiendo, & apprehendendo.

XXV. Quintus locus: Ad Heb. 11. multis exemplis Apostolus docet, per fidem placere homines Deo: ac per hoc fidem apud Deum magni esse pretij, ac meriti.

XXVI. Sed hoc argumentum nimis perfunditorum est. Concessimus enim, per fidem homines placere Deo. Quis enim neget, quum certum sit, per fidem iustificari? Nam profecto, vt nemo placet non iustificatus, sic omnes iustificati placent. Sed esse igitur fidem magni apud Deum meriti, præcipitius concluditur, quam solidius.

XXVII. Exhaustis Scripturis, sufficiuntur Augustini testimonia, constantes docentes, fidem impetrare, & mereri remissionem peccatorum, & iustificationem. Sed in ijs locis, primum, hi non sunt ad rem. Non opera, sed fides inchoat meritum, c. 21. Retractionum. Si quis dixerit, quod gratiam bene operandi fides mereatur, negare non possumus, immo vero grauissime confitemur: Epistola centesima sexta. Lex adducit ad fidem fides impetrat. Spiritum largiore, diffundit Spiritus charitatem, implet charitas legem. Epistola 1. 4. Quod factorum lex minando imperat, hoc fides lex credendo imperat: Ue Spiritus & litera, cap. 13. Et post, cap. 3. Per legem cognitio peccati per fidem impetratio gratia contra peccatum: per gratiam sanatio anima. De fide & operibus vigesimo primo. Violentia fidei Spiritus Sanctus impetratur, per quem diffusa charitate in cordibus nostris, lex non in timore poena, sed iustitia amore completur. Primi contra aduersarium legis & Propheterum cap. 7. In Novo Testamento fides impetrat charitatem. De gratia & libero arbitrio, capite decimo quarto, Fides & non petita conceditur, ut ei petenti alia concedantur.

XXVIII. Hæc omnia & vera sunt, & vim suam habeant contra eum qui dixerit, fidem nihil impetrare: contra enim disertè Augustinus pronuntiat. Sed negantibus fidem mereri iustificationem, cur obiciuntur? Enimvero, nec quicunque impetrat, meretur: certè remissionem peccatorum mereri nemo potest: & potest tamen impetrare. Nec vero his locis Augustinus impetrari dicit iustificationem: led quæcunque pertinent ad eam partem, quam nos appellamus sanctificationem. Hæc est enim gratia bene operandi, hic est Spiritus largior, diffundens charitatem, quæ implet legem, hoc ipsum est, quod factorum lex imperat, quodque fides impetrat. Nam certè hæc omnia referuntur ad iustitiam operum, quæ longè alia est iustificatione. Eadem mens meriti in Retractionibus, quem locum inciulter tractatum dolemus. Habes enim sic, Fides inchoat meritum, vt per munus Dei bene operetur. Vnde manifestum, id meritum dici, non de iustificatione, led de operibus. Est enim Augustino persuasissimum, quod & obseruat Bellarminus, bona opera accedere iustificato, non præcedere iustificantum.

XXIX. Denique, quid manifestius illo 7. cap. de prædestinatione Sanctorum? Ex fide ideo dicit Apostolus, iustificari hominem, non ex operibus, quia ipsa prima datur, ex qua impetrantur cetera, quæ propriè opera nuncupantur, in quibus in se vinitur? Dixerat forte obscurus, non petitam concedi; utpetenti alia concedantur: quia indefinito illo aliorum nomine, poterat Sophista remissionem peccatorum, iustificationem complecti. At nunc disertè ea alia contrahit, & appellari dicit p. opriè opera, in quibus iustè vivitur. At remissio peccatorum, at iustificatio, non dicitur, immo non potest dici opera.

XXX. Vnus videri potuit paulo durior locus. Epist. 105. Nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, sic fides hanc impetrat. Neq; enim nullum est meritum fidei: quia fide ille aicebat, Deus esto propitius mihi peccatori: & descendit iustificatus merito fidelis (lego fidei) humiliatus, quoniam, quise humiliat, exaltabitur.

XXXI. Sed primo, obseruatum est alias, quum de meritis operum disputaretur, quam soleat abuti, merendi, meritorumque vocabulo tum Augustinus, tum alij Veteres, vt mereri significet obtinere: ac proinde meritum, interdum id quod obtinetur, interdum id quo obtinetur. Quo sensu procul dubio hoc loco usus est: quandoquidem paulo prius tam disertè dixerit, Percipiende huius gratia merita nulla procedunt: quoniam meritis impij, non gratia, sed poena debetur. Et iterum, Possunt quidem dicere, remissionem peccatorum esse gratiam, que nullis precedentibus meritis datur. Quid enim habere boni meriti possint peccatores? Nam hæc verba, aut nihil significant, aut certè afferunt, nihil esse boni, ac pròinde, ne ipsani quidem

fidem, ante iustificationem. Nam aliter, ergo aliquid boni meriti præcederet, quod enixè negat. Tum autem, Sed nec ipsa remissio peccatorum, sine aliquo merito est. Non dixit, sine merito, sed, sine aliquo merito. Nimisrum, quod aliquo modo meritum appelleretur, et si non secundum veram meriti definitionem: quæ necessario exigit, vt meritum verum præcedat suum præsum. Cum ergo fides non præcedat, quia, vt dixi, negatur, ultimum bonum meritum præcedere iustificationem, non potest verè meritum appellari: sed *ex omniis*, sive etiam *ex amissione*. Vnde nulla potest esse Bellarmino legitima argumentatio. Nam, vt concedamus, fidem *ex amissione* esse meritum iustificationis: tamen negamus, non iustificare apprehendendo, & accipiendo. Vide etiam de hoc Augustini loco, quæ diximus supra capite quarto.

C A P. XIIII.

De cauſa formalis iustificationis, & necessitate operum.

I. **B**ellarmino superant argumenta duo: sunt enim verè duo, quæ doquidem, ipso teste, ex duabus principijs, quanquam ille unum tantum nominet. Verum, nos non oportet has appellationum quasi miscas conlectari: quibus tantum rerum montes obiciuntur.

I. **V**nus ita est. Si causa formalis iustificationis non est iustitia quæ est in Christo, sed iustitia nobis realiter inhærens, ad quam pertinet caritas: Ergo sequitur, non solam fidem per modum dispositionis iustificare. Ratio consequitur, quia iustitia realis & inhærens non debet apprehendi per fidem, sed infundi per gratiam: ad eam autem infusionem præparant & disponunt, tum actus fidei, tum aliarum virtutum. Antecedens pollicetur se postea demonstrarum libris lequerentibus.

III. Alterum. Si fides sola iustificaret impium, ergo sola saluaret: Ratio consequitur: quia non posset amitti iustitia, quibuscumque malis operibus, nisi amitteretur fides: proinde manente fide, maneret iustitia, hac autem manente, salus quoque esset in tuto. At fides non sola saluaret. Ratio: quia necessitatem operum alias aliquando se pollicetur demonstraturum.

IV. Atqui primum, haud proba est methodus Bellarmini: qui sperat se ex non demonstratis demonstrationes conjecturum: quod *ex auctoribus*. Nisi forte, vt probaret, non sola fide iustificari hominem, tam sæpe meditantes sit illud, *Spes salutis facti sumus*, vt ausus sit in demonstrationibus nonnulli tale fibi assumere, vt diceret, sive demonstrauimus. At nobis, longè faciliore nostrum methodus refutationem efficit, qui eadem hæc principia, quibus ille nescit, plenè iam excusimus.

V. Breuiter ergo: non enim opus est magno conatu ad retundendos tam nullos impetus. Negatur, formale causam iustificationis esse inhærentem iustitiam. Nam hæc potius est imputatio iustitiae: sive remissio peccatorum: atq; ita disputatur lib. præced.

VI. Alterum argumentum exiguo putamus interuallo differre ab eo, quod eiusdem Bellarmini erat secundum: nobis autem fuit tertium in hac ipsa controversia. Nam in eo hæc vis erat, his verbis à Bellarmino concepta, *Si absentiis illis virtutibus fides iustificare non potest, efficitur ut vis iustificandi non sit in ipsa sola*. Sed hoc fortasse leuiculum, *Tauγλοντα* enim non in rem impingit, led in methodum, & non falsitatem materia afficit, sed disputantis iudicium suspicione grauat. Denique, verba inutiliter repetita profundit. Veruntamen ei, qui se perdidit, perdere verba leue est.

VII. Respondeo, distingui solam & solitariam. Itaque argumentum variè integrig posse: vel, vt vñaque parte sola fides dicitur, & iustificare, & saluare: vel, vt solitaria iustificate, solitaria saluare: vel, vt in antecedente sola iustificare, in consequente vero solitaria salua e Primo sensu concedimus & antecedens, & consequentiam: verè enim fides sic saluaret, quomodo iustificat. Itaque, male negat Sophista, solam saluare: Nam quod de necessitate dicit operum, alias explicatum nempe efficientia esse, vel præsentia. Illam verè negari: indeq; merito dici, solam fidem securare. Hanc vero bene assiri: sed opponi solitaria fidei.

VIII. Secundo tenui conceditur consequentia. Sed consequens, ipsi etiam negamus: nec dubitamus antecedens etiam falso, quia fidem iustificantem nullam agnoscimus solitariam: id est, nullis bonis operibus, aut certè bonorum operum habitu comitatum.

IX. Tertio sensu concedimus antecedens, negamus consequentiam. Neque enim coadtere possumus, vt dixi, solitaria fidei, aut iustificare, aut saluare. Verum, inquit, amitti non posset iustitia, vñlis malis operibus. Ita est, inquam, si fides vera non admittatur: alioquin esset solitaria. In quo quid absurdum est, quæso? Concedo equidem mala opera opponi iustitiae: sed ipsam amitti iustitiam quibuslibet malis operibus, vehementer fallum. Etenim iustitia habitum significat. Atqui non dubitat Bellarminus, *Virtutum habitus posse consistere cum actibus oppositis*. Quare cum peccant fideles, non ideo negantur esse iusti: sed tantum perfeciè iusti. Et concedimus tamen, amitti etiam posse imperfectam hanc iustitiam: sed ab ijs, quibus non sit data fides iustificans: qui ad hanc controversiam non pertinent.

C A P. XIV.

Varia variorum Papistarum argumenta.

I. **A**tque hæc quidem hæc tenus argumenta habuimus à Bellarmino: ab alijs posthac alia: ne alios neglexisse videamus. Valentes, capite tertio, hoc positio, quod charitatem nolimus exclusam, aut sibi, ita arguit. Charitas requiritur, vel vt aliquid necessarium ex parte formæ

formæ: vel solum, ut signum veræ fidei. Si prius: Ergo sola fides non iustificat.

I. Sin posteriorius, falsum asseritur. Probatur; quia fides illa priuata; seu fiducia remissionis, quam sibi promittunt hæretici; recte potest animo concipi ab eo; caritate: nihil enim obesse videtur, quominus aliquis error deceptus concipere possit, & absque hæstitione firmissime apud se statuere remissa sibi esse peccata, aut remittenda. Confirmatur. Quia, vel charitas requiritur, ut hoc firmo fundamento quis credere possit; remissa sibi esse peccata: vel solum tanquam effectum fidei verae, quem semper veras fides producat. Si prius, ergo vel caritas necessaria est tanquam vera forma: vel saltem falsum est, caritatem esse tanquam aliquid comitans iustificationem. & nihil ad eam conducens. Ast aliterum falsum est; quia fides, non solum dogmatica, sed etiam peculiaris, esse potest sine caritate, & operibus. Probatur, quia hæretici facile sibi persuadent, remissa sibi esse peccata propter solam Dei misericordiam, nec certè mouentur amore vlo erga Deum.

III. Respondeo: negari, charitatem requiri, ut necessariam ex parte formæ. Nam id refutatum est. De signo, prius explicandum, quomodo dicatur. Sunt enim signa quædam mere aduentia & accidentaria; ut annulus signum matrimonij: & Ageo olim velum, atrum albumve, pro signo erat filij salui, mortuive. Alia vero sunt natuæ rei coniunctiora; cuiusmodi effecta sunt, morbi palor, Solis orientis ortive lux; Occidentis, occasiæ tenebrae: & infinita huiusmodi. Charitatem ergo fatemur requiri ut signum, sed posterioris ordinis, non prioris. Sic enim Iacobus dixit, Ostende mihi fidem tuam absque operibus: & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Et Dominus, Et fructibus eorum cognoscet eos. Matthæi septuaginta.

IV. Cur ergo negat Vasques? Quia fides illa facile potest animo concipi absque charitate. Quid hoc est, inquam? animo concipi? An, quomodo Dialetici rerum formas, & quasi ideas abstrahunt, ut animo volentem propriam cuiusque definitionem? An vero, quemque apud se concipere eam fidem, intra animum suum, ut sic habere dicatur fidem? Prius concedimus: nam sic etiam arborei quamque concipimus absque vlo suo fructu: etiam vitam hominis absque respiratione: Solem ipsum absque calore, imo ortum absque luce; occasum absque tenebris. Sed si ita concipi queat fides, non esse tamen eius signum charitatem, solus, opinor, Vasques tam absurdam consequentiam potuit animo concipere.

V. Sed alterum videtur potius in mente habuisse. Verum, nos negamus posse esse. Non quod dubitemus, posse quenquam errore deceptum sibi persuadere suorum peccatorum remissionem: exempla enim quotidiana sunt in eam partem: sed esse tamen eam fidem, nemo sanus concedat. Non enim fides, quæ liber persuasio est; sed à Spiritu Sancto: at illa quæ ab errore, profecto nulla à spiritu. Quare ludit Vasques: quasi diceret, non esse motum, nullum indicium vitæ; quia accidat, ut *naostropuram* mouantur: Quasi omnis motus esset vitæ effectus: & non is motus, qui à nulla extera causa.

VI. Eadem ratio alterius dilemmatis: in quo negamus, caritatem requiri tanquam fundamentum remissionis: sed tantum tanquam effectum fidei verae. Quod rursus, cur falsum dicit? Quia fides esse possit sine caritate. Hoc vero etiam cur dixit? Nam nos alias refutauimus. Quia hæretici, qui facilè sibi persuadent remissa peccata, non tanguntur amore Dei. At tu, Vasques, mitte hæreticos, in quorum gratiam nulla nostra disputatio est; Catholicos dico potius: & hos, si nullo Dei amore tagi probaveris, viceris. Si minus impur calumniatoris nomen tibi auferto. Quanquam, qui nullo DEI amore teneantur, eosdem sibi persuadere remissa peccata, *αληθινός* est, & quidem *διδόζωντος*. Quos ergo verisimilius dixerim, nulla prorsus credere peccata: nedum illam remissionem imaginari.

VII. Pererius, dis. 3. in Genesios 15. Naturalis ratio, inquit, docet in sola fide non posse iustitiam hominis consistere. Nam duæ cum sint facultates anime rationalis, intellecetu, & voluntas, necesse ritique est, quod ritè ac perficè iustificetur homo, secundum utramque iustum & rectum fieri. Cum igitur fides sit in intellectu, nec perficiat voluntatem, quippe usque venit, ut benè fano, recteque intellectu, voluntas tamen *ex gratia*, & præua sit: liquet sane, completam hominis iustificationem ex sola fide nequaque fieri posse.

VIII. Scilicet, hoc est disputare: hoc in disputando vincere: suas hypotheses, nulla ratione fultas, pro fundamento substernere. Hoc modo pollicar non difficile futurum persuadere Epicuro Solem *ποδίων*, & Copernico terram moueri. Pererio etiam, si Papa iusserit, cœlum esse quadratum. Respondeo, ne nos quidem dicere iustitiam hominis in sola fide consistere. Imo, duplē, iustitiam distingue, imputatam unam, quam iustificationem appellamus, inhærentem alteram, quam sanctificationem. Hanc, neminem Catholicum unquam dixisse, in sola fide consistere. Imo, fides esse eius dum taxat initium, & partem, & suam sibi, imo magnam partem reliquias vindicare virtutes. Sed illam demum, non quidem in sola fide consistere, sed certè ex sola fide esse. Itaque, Pererius, aut non nouit, aut certè vafè disimulauit statim controvenerit.

IX. Hoc vero de iustificatione, si vla ratio naturalis impugnaret, tum nos rationi naturali anima heima diceremus, fredi tam diserto, tam constanti verbo DEI, à quo vno petendam scimus regulam veritatis salutaris. Nam quid potest natura, quæ à se non nisi cæca, propter peccatum? Sed enim nulla naturalis ratio repugnat. Non hæc sane, quam Pererius selegit: quæ non ratio est, sed impostura. Nam fides esse tantum in intellectu, Papisticum somniū est: esse etiam in voluntate, dogma Catholicum. Et vero ita oportet, aut Pererium nugas agere. Nam, fides, nullam esse iustitiam, non est tam confidens ut asserat. At iustitiam (inhærentem quidem, nullam etiam aliam cogitat,) esse virtutem, ac propinde pertinere ad voluntatem, res clara, confessaque omnibus. Si ergo iustitia est in voluntate, fides nullo modo in voluntate. Ergo falsum erit, fides esse iustitiam.

X. Turrianus, cap. 5. libr. 4. pro Decretalibus: Si quis iustificatur, efficit amicus Dei; sicut scriptum est: Credidit Abraham Deo, & regiatur

tum est ei ad iustitiam; & amicus Dei appellatus est: Iacob 2. Est autem amicitia quædam vno animæ cum Deo: Ergo unde fides accipit vim vniendi animam cum Deo, inde accipit vim iustificandi. At ex caritate accipit vim vniendi.

XI. Respondeo: Vniórem animæ cum Deo, geminum quid deuotare, scilicet tum voluntatem Dei vniensis le animæ: tum voluntatem animæ: vniensis se Deo. Iustificationem vero significare priorem illam partem. Este enim condonationem peccatorum, imputationem perfectæ iustitiae, in quibus nostra nulla operatio voluntatis, nisi passiuè: sed solus Dei actus, qui amat nos, etiam tum cum nos odio habemus, ut patet in Iacobo; patet & Paulo, afferente, tum cum essemus inimici mortuum esse Christum pro nobis: ad Rom. 5.

XII. Cum igitur iustificatio sit actio Dei vniensis se nobis: At hæc actio, nullam vim sumat à charitate nostra, ergo nec iustificatio esse potest à charitate: ne à sive quidem, nam neque hoc nos dicimus: qui tantum dicimus, fidem iustificare apprehendendo, applicandoque. Patet ergo fallacia argumenti; quia multiplicantur, aut mutantur termini: cum pro iustificatione, substitutor vno animæ cum DEO, que latius patet. Non negamus ergo, cum qui iustificatur fieri amicum Dei: sed dicimus, eti per charitatem nostram amemus Deum: non tamè per, aut propter charitatem nostram amari nos a Deo: sed ex eo quod prior amari nos Deus, fluere charitatem nostram, qua Deus antamus: ac proinde, amorem Dei, quo ille vnitur nobis, priorem esse amore nostro, quo nos vniusq DEO.

XIII. Arboreus, cap. 3. lib. 6. Lubenter quererem à Lutherò, & ab ilis qui asserunt, solam fidem iustificare, num illi sint iusti coram Deo, & digni vita æterna, qui sacras Dei leges violant, & polluant, licet fidem habent, & fidei p̄ficio aduersus infideles muniantur. Sed nemo vsq; adeo despiciat, & delirat, nec ea mentis insania corripitur, ut dicere audeat, huiusmodi homines iustos esse.

XIV. Tam lubenter inquirenti, nos lubenter respondemus: latere & quiuocationem in huiusmodi quæstione, sensus compositi, & diuisi. Compositi, an is quilegem Dei violat, eo ipso quo violat, sit iustus, dignusque vita æterna. Et tum habebit nos constanter negantes, & facile audientes, neminem adeo despere, ac delitare: neminem tanta mentis insania corripi, & si quid durius poterit Arboreus excogitare. Nos tamen, qui nec tum quum bene aut agimus, aut agere conamur, iustos nos censemus, aut dignos vita æterna, quis sperer, quod bonis operibus negemus, concessus legi violata?

XV. Diversè autem, an qui legem Dei violat, nullus vlo modo iustus sit, & dignus vita æterna. Actum quoquecumque ille dicat despere, & delirare: quacumque mentis insaniam: tamen audacter asserimus, non nullos violantes legem Dei, iustos esse, & dignos vita æterna. Imo fortius: Si nemo violans legem Dei si iustus, dignusque vlo modo vita æterna: Ergo, excepto uno Christo, neminem unquam fuisse iustum, dignusque vita æterna. Rationem esse manifestam: quia, excepto Christo, nemo unquam fuerit homo non peccator: at omnis peccator violat legem. Itaque Petrum dicimus, & violat legem, cum magistrum ter negavit, & tamen iustum fuisse, dignusque vita æterna, non eo quod negauerit, sed eo quod remissa illi fuerint peccata: id est, quod iustificatus fuerit. Sic Paulum, & fecisse malum, quod nollet, & non fecisse bonum, quod veller, id est, transgressum esse legem, & tamen iustum, dignusque vita æterna.

XVI. Idem Arboreus. Si sola fides iustificaret hominem, & ad vitam æternam perduceret, frustra dixisset Christus, Filius hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis cœli, & tunc reddet vniuersum secundum opera eius; Mat. 10.

XVII. Negatur consequentia. Nam, qui sola fide iustificatur, habet tamen opera, secundum quæ possit ei reddi; quanquam non secundum eorum merita; quod alias explicatum est.

XVIII. Salmero, disputatione quinta ad Galatas: Si fides sola iustum efficeret, multum prodebet. At fides sola non multum prodebet. Ergo non sola iustificat. Probatur assumptio, ex prior ad Corinth. 13. Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem vero non habuero, nihil sum.

XIX. Meret præstigia, ex peruerionem terminorum. Sæpedictum, Fides, non quæ sola est, iustificat, sed tamen, sola iustificatur, quantumvis in aliarum virtutum turba. At, fides sola non prodebet, hoc est fides, non ista comitata alijs virtutibus, sed illa quæ sola est. Itaque vel falsa est minor. Nam fides sola, id est, ex ratione sui prodest, & quidem plurimum, quandoquidem iustificat: imo etiam inchoati justitiam inhærentem, etiam testibus aduersarijs. Vel absurdus syllogismi forma, propter multipliciter terminorum ex amphiboli. Mitto nunc dicere de fidei homonymia; nam hanc alias excussum.

XX. Rursus Salmero. Beati ad gloriam illam cœlestem eucti, iusti sunt, & tamen fidei defituantur, sicut Angeli: nam visio fidem excludit. Ergo essentia iustitiae, vel iustitia, non est fides, sed alia virtus distincta. Impossum est autem hominem esse iustum absq; iustitia, sicut prudentem si ne prudenter, fortem sine fortitudine.

XXI. Respondeo. Si fides non est iustitia, ergo non est virtus: nam omnis virtus iustitia. Si autem iustitia non est fides, sed alia virtus distincta: ergo neque fides est iustitia: negatiæ enim enuntiationes reciprocantur. Quod si absurdum est, fidem nullam esse virtutem: Ergo falso ponit Salmero, iustitiam non esse fidem, sed aliam virtutem. Nec contra valet argumentum à Sanctis in cœlo. Sunt enim quædam virtutes huiusvitæ, quæ nulla futuræ sunt in cœlo; ut hæc ipsa fides, ut penitentia, & confessio etiam auricularis (vtnunc, tunc causa nihil interest, Papistis non nihil gratificemur) & attritio, & contritio. Nam hæc omnia, puta neque Papista negabit in virtutibus esse, neque contendet in Sanctis cœlestibus durare.

XXII. Veruntamen sophisma est à perpetuo neglectu distinctionis imputata, & in hærentis. Sancti in cœlis regnantes iusti sunt, inhærente iustitia, vt pote peccato penitus deleto: quod in nobis, cœlum sperantibus, adhuc inhabitat: ut omnino necesse sit: aliter nos iustos dici, aliter beatos

beatos illos spiritus: nemini mirum esse debet, & nos iustos fide, & illos minimè. Quanquam, fidem esse iustitiae essentiam, viderit Salmero à quo compererit affirmatum: nos vero meminerit, ab eo portento esse quam alienissimos.

XXII. Tertium Salmeronis Sophisma. Sicut iustitia legis non est lex, ita nec iustitia fidei est fides: sed, sicut per legis obseruantiam veniebat iustitia Mosaica, ita per fidei obseruantiam venit iustitia Christiana. Hinc Apostolus ad Philip. 3. dixit, *Non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illæ quæ ex fide est Christi Iesu*: non dixit, quæ fides est Christi Iesu, sed quæ fide Christi Iesu comparatur, & aliter.

XXIV. Imo, quam appellat iustitiam Mosaicam? Nam nos, ex observatione legis Mosaicæ, si obseruantio supponatur, scimus veram apud Deum iustitiam esse: teste Christo, *Si vis in vitam ingredi, serua mandata*. Enim tamen: qua iustitia aperitur ingressus in vitam æternam, eam iustitiam oportet esse non Mosaicam, sed diuinam. Veruntamen, nihil argumentum habet virium aduersum nos, qui non dicimus, fidem esse iustitiam: sed, imputari pro iustitia: siue, ex fide esse iustitiam: siue, fide comparari: si quidem hoc verbo sibi Sophista malit aures demulceri. Etsi non dicimus, ea fide eam iustitiam ali: sed alteram, quam inhærentem concedimus. Postremo, ridiculè comparantur lex, & fides, quasi eiusdem essent ordinis. Atqui lex consideratur abstractè à sui obseruantia: siue maius extra eum, qui legi se iustificari sperat. At fides non ita; quia designat habitum eius qui iustificatur, & quidem inhærentem: quare non est aliud fides, aliud fidei obseruantia: ac proinde, si concederetur fidei obseruantiam esse iustitiam:

necessere foret concedere; ipsam fidem esse iustitiam. Sed Sophistis, quid dicant, nihil est pensi, dum verba profundant: & quidem plutimum legitimis sensus inania.

XV. Postremo loco hæc duo sunt eiusdem *πορευολίπηνα*. Fides dicitur ab Apostolo reputari ad iustitiam: at quod reputatur ad iustitiam apud Deum, ex gratia est: ergo fides per se non est iustitia, quæ iure suo obliget, & debitorem sibi Deum constitutat. Item, teste Apostolo, Gentes per fidem in apprehenderunt iustitiam: ergo aliud est fides, qua accipimus, aliud iustitia quam accipimus. Nam si unum & idem essent, idem apprehenderet se ipsum; quod fallum est, & absurdum.

XXVI. Non merebantur huicmodi ineptiarum quisquilia, in tam graui disquisitione locum inuenire: nisi interest prodi omnibus naturam ingenij sophistici: cui nihil tam leue, imo nihil tam ineptum, quo non aufer veritatem impugnare: quomodo in monomachia, quibus vera arma sunt excusa, ij nihil non obvium rapiunt, & simum, & lutum, & quid non? quod in ingrumentum hostem iacent. Sed non ut olim Philisteos donuit asini maxilla, sic hodie veritatem profligabunt nænia. Cæterum, concessimus iam dilicitem esse inter iustitiam imputatam & fidem, ita ut hanc dici iustitiam nisi *σωματιδιός*, siue *μετρούμενα*, non simus passuri. Multo minus toleremus illa verborum monstra, *Quæ iure suo obliget, & sibi debitorem Deum constitutat*. Quare nihil est, quod nobis hinc metuamus in commodi.

FINIS LIBRI VICESIMI SECUNDI.

LIBER VICESIMVS TERTIVS.

De

POENARVM CONDONATIONE.

Caput Primum.

DE POENIS PECCATORVM CONDONATORVM, STATVS QVÆSTIONIS.

I. Controversia de iustificatione, post primum de Imputatione, & secundum de Sola fide, tertium erat propositum caput de Remissione peccatorum, cui noster nunc debetur labor: nam neceius sinceritatem Papistæ passi sunt esse sarcam teatam, primum, negantes semper esse plenam: secundo, defensum sarcientes per satisfactiones, quas geminas constituant, vnas proprias, reliquas alienas: vnde triplex quæstio disputanda: quanquam haecenus ex prima secundaq; facta sit vñica.

II. Et disputata, Hosio Confessionis cap. 48. Lindano Panopliæ lib. 4. cap. 70. & seqq. Dauentria ad artic. 12. Confessionis August. Dominico à Soto de natura & Gratia, lib. 3. cap. 6. Alberto Pighio Controversia 9. Clichouæ Antilutheri libr. 3. cap. 15. Petri Aurato, paradoxo 86. Eckio homilia 49. tom. 4. Catechismo ad Parochos, in capite de Pœnitentia. Archangelo Rubeo in opere Sacramentorum ad distinct. 15. quarti Sententiæ. Tappero Artic. 6. Roffensi ad artic. 5. Assertion. Lutherana. Croquetio Catechesibus 17. & 1765. Klingio Locorum lib. 4. cap. 37. & 38. Ioanne Dauio Perrono, de Satisfactionibus. Bunderio Compendij concordationis huius seculi titul. 16. Feuardentio Theomachia libr. 13. cap. 28. Costero Enchiridij capite vndecimo. Bellarmino de Pœnitentia libr. 4. Salmerone tom. II. tractatibus 23. 24. & 25. Vasque in 3. Thomæ disput. 2. 3. & 5. Peltano libr. de nostri satisfactione. Gregorio de Valentia Tom. 4. in Thomam, disputat. 7. quæst. 14. & tom. secundum disputat. sexta quæst. 17. punct. 5. Andradio Orthodoxarum explicationum lib. 8. Turriano pro Epistolis libr. 4. c. 3. Bailio par. 3. Catechismi. q. 12.

III. Caluino Institutionis lib. 3. c. 4. §. 25. & seqq. Melanchthon in Loci Communibus, cap. de Satisfactione: & in Apologia Confessionis. Musculo in Loci Communibus, de Remissione peccatorum c. 7. Bucero in Cōstanti defensione c. 112. Martyre in Loci Communibus partis 3. c. 8. Sadeele tractat de peccatorum remissione aduersus humanas satisfactiones. Chemnitio Examinis to. 2. ad seif. 4. c. 8. Petro Molinæo in aquis Siloe. Andrea Riueti Summe Controversiarum tract. 3. q. 12. Debeaulieu Euangelij Romanij lib. 1. Sutliu de Indulgencij c. 10. 12. & 13.

IV. Distinxerunt Papistæ in peccato, culpam & poenam: tum poenam, in temporiam, & æternam: temporariam iterum, in eam quæ huius seculi, & eam quæ alterius. His substratis distinctionibus, vt solent acuminis solertiaq; vires intendere, vt Scripturas luxent, deniq; definiunt, primum posse ita remitti culpam, vt non remittatur poena vniuerfa. Pronuntiavit Synodus Tridentina, sessionis 4. c. 8. *Sancta Synodus declarat falsum omnino esse, & à verbo Dei alienum, culpam à Domino nunquam remitti, quin vniuersa etiam poena condonetur*. Et can. 12. anathemate ferit, *Si quis dixerit, totam poenam simul cum culpa semper remitti à Deo*.

V. Deinde, statuunt in Baptismo plenariam esse remissionem vniuersæ tum culpæ, tum poenæ. At, post Baptismum, si quis peccet, restitu qui dem posse in integrum, ne à Nouationorum partibus stare videantur: rerum 1. ingè difficiilius quam in Baptismo. Remitti enim duntaxat culpam sed & poenam æternam, pœnitentibus: retineri tamen poenas quasdam

temporales, partim in hac vita, partim exsoluendas in futura, id est, post mortem: vnde ijs necessarium Purgatorij fuit & dñficiū, quod suo haud ita multo post loco occurret.

VI. At Catholici credunt, prout Caluinus expressit in Catechismo: *Quid tibi Remissionis verbum significat? Deum gratitudo sua bonitate ignorare ac condonare peccata fidelibus, ne in iudicium vocentur, aut exigatur de illis pena*. Nec quicquam habent certius, quam Deum indulgentiam suam non dimidiare: sed aut omnino denegare, aut plenariam concedere. Quibus deneget, ijs & culpam imputari, & penas exigi, imo non alio fine illam imputari, quam vt hæc exigantur. At quibus indulgentia concedatur, ab ijs & culpam deleri, & penas non reposci: imo nullum alium in finem culpam deleri, nisi vt penæ non exigantur. Disputabit autem primo argumentis generalibus: deinde proprijs penæ tum post mortem, tum in hac vita.

C A P. II.

Argumenta Catholica, quibus probatur, remissa culpa, nullam retineri penam.

I. Nullam retineri penam condonati peccati, sic probabimus. Primum argumentum. Nulla pena est, vbi nulla est condemnatio. At quib. culpa remissa est, nulla condemnatio est. Ergo ijs, quibus culpa remissa est, nulla pena est.

II. Maior per se manifestissima est: quia, teste sensu communi, damnatio non simpliciter significat improbationem facti: sed insuper adiudicationem penæ. Vnde Matth. 20. *Et condemnabunt eum morte*. Marci 14. *Illi omnes condemnarunt eum esse reum moris*. Etiam absolute positum: Matthæi cap. 27. *Tum Iudas, qui eum prodiderat, videns eum condemnatum esse*. Enimvero quum differant, accusare, & condemnare, quis nescit per accusationem significari facti improbationem? condemnationem vero progreedi ad vsque penæ adiudicationem? Pater ex Ioan. 8. *Mulier, vbi sunt illi tui accusatores? Nemo te condemnavit?* Ipsa vero dixit, *Nemo, Domine. Dixit autem ei Iesus, Nec ego te condemnabo*. Atqui si condemnare dicas tantum improbare, siue ream criminis iudicare: profecto vtrumque falso: & neminem accusatorum eam condemnasse: cur enim accusarent? Imo cur dixissent, κατηγόροι τις αὐτῷ φάσι, deprehensa est in ipso facto? Et Christum ipsum non condemnasse. Quam enim alienum est à perfecta iustitia, vt adulterium non improbet? vt adulterum non pronuntiet adulteram? Sed & status quæstionis à Iudæis propositæ nihil re iquit ambiguum. In lege Moses mandauit nobis, vt tales lapidarentur. Tu ergo quid dices? nimis, esse puniendam, necne? Nam tentabant & spatteredant, iudice Augustino, responsurum dimittendam, id est, nulla pena sufficiendam. Imo responsio Christi manifesta. *Qui vestrum immuris est à peccato, primus in eam iaciat, lapidem*. Vnde certum, quum postea qnæsivit, *Nemo te condemnavit?* non aliud voluisse, quam vtrum nemo de ea penas sumpsisset. Hoc modo vtrumq; verum: neq; accusatores, neq; Christum eam condemnauisse, id est vñi poena adiudicasse.

III. Mi-